VI.

DISSERTATIO
DE
EXCEPTIONE NOBILITATIS
UTRIUSQUE
TAM GENERIS, QUAM SCIENTIARUM ET VIRTUTUM,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,

J. U. D. Sereniss. Würtemb. Ducis Consiliar. Pandect. Novell. & Crimin. Sanction. Prof. Publ. Ordin. p. t. RECTORE Universitatis Magnifico,

defensa à

CHRISTIANO FERDINANDO à MENZINGEN, Equite Suev.

TUBINGÆ, 1717.

THESIS I.

DE re ipsa antequam agamus, paucis vim vocum in rubro occurrentium in antecessum explicare non abs re esse duximus. Vocabulum *Exceptionis* unde dicatur, & quotupliciter accipiatur traditum reperire licet apud B. Dn. Rebhan. *in Hodeg. Jur. ch. 2. clim. 4. par. 3. §. 35. C. J. A. & in ejus enucl.* Bicc. *ad tit. d. Except. §. 2. seqq.* Hahn ad Wesenb. *d. t. § 1.* Müller *in Not. ad. Struv. d. t. th. 2.* Quantum ad nostrum scopum proficit, duplex imprimis notanda est vocis hujus acceptio: Alia *latior*, quâ denotat omnem tam *Actori*, quàm *Reo* adversus adversarii sui qualemcunque Intentionem Jure competentem defensionem, sive in Exceptione, sive in Replicatione, sive in Duplicatione, Triplicatione, aut Quadruplicatione consistat. *l. 2. §. 1. 2. & 3. l. 22. §. 1. ff. de Except. pr. §. 1. 2. & 3. J. de Replic.* Alia verò *strictior*, quâ denotat saltem defensionem rei, *Actoris* Intentioni stricto Jure competenti & in se quidem efficaci, sed ex circumstantiis adversus reum in effectu iniquæ oppositam. *d. l. 2. pr. ff. L. 10. C. de Except.* Nos hac vice exceptionem in *strictiori* hac acceptione principaliter

liter considerabimus, ita tamen, ut applicationem & ad cæteras defensionum species modò recensitas pro re nata facere haud detrectemus.

II.

Nobilitatis vocabulum derivatur à voce *Nobilis*, qui dicitur quasi *noscibilis* aut notus, & celebris præ aliis tum propter Genus, tum & prôpter Virtutem præeminentem: Der mehr seyn soll als ein gemeiner Mann: quæ nominis notatio aliis allusionibus meritò præfertur. Besold. *Oper. Polit. L. 1. C. 11. §. 6. num. 38.* post alios Jos. Nolden *de do Stat. Nobil. Civ. C. 1. num. 1. sqq.* Dn. Maurit. *de Nobil. inprim. Germ. th. 1.* Idiomate nostro Edel, Edelmann, Edelleute, von Adel, Adelsgenoß, Ritter. Besold. *thes. pract. voc.* Adel & Edelknecht, Maurit. *d. l. th. 5.* Unde Nobilitas quasi Noscibilitas Tiraquell. *d. Nobil. c. 2. num. 3.* Gregor. Tholos. *L. 4. de Rep. c. 2. n. 8.* Nold. *d. l. num. 7.* Dn. Joh. Stephan. Burgmeister in *Tr.* vom Reichs Adel *pag. 207.* Excellentiss. Dn. D. Schweder in *Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 18. §. 1.* Accipitur hic titulus dignitatisque gradus, vel in sensu *Latiori*, vel *Strictiori*. Et *illo* modo etiam Personis illustribus & in sublimiori dignitate constitutis, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus tribui posse & tributum fuisse scribit Casp. à Lerch. *in tr. d. Ordin. Equ. Germ. Cæs. p. 1. f. 5. sqq.* Paurmeister *d. jurisdict. l. 2. c. 11. n. 12.* Lehman. *in Chron. Spir. l. 2. C. 14.* Nold. *d. l. num. 50. sqq.* Dn. Eyben *in Disp. d. titul. Nobil. §. 2. seqq.* laud. Dn. Burgm. *d. l. p. 198. & 214.* Non minus & hoc titulo insigniri, qui quamvis *genere* non, *dignitate* tamen & *honorum gradu* tales sunt, veluti Doctores, Patricios, Principum Consiliarios, adnotat *per Instr. pac. Osnabr. art. 5. §. 17.* Dn. Schilter *ad Jus Feud. Alem. C. 1. §. 29.* Dn. Burgm. *d. l. p. 206.* Excellentiss. Dn. D. Schweder *d. l. §. 3.* Imò & Imperatoribus hoc Prædicatum olim datum fuisse constat ex *L. 3. ff. d. Natal. restit. l. 15. C. de pact.* Dn. Maurit. *d. l. th. 2.* Curiamque Romanam s. Pontificiam, in eo sibi quid Præcipui arrogare solitam fuisse, & adhuc dum hodie erga Electores, Duces & Principes hoc Stylo uti, ut *dilectos filios*, *nobiles Viros* eos appellitare sibi præsumat, aliquot adductis Exemplis probat Speidel. *in specul. jurid. pol. Hist. Voc.* Adel Reinking. *d. S. R. & E. L. 1. cl. 5. c. 11. n. 9.* Ex adverso tamen Principes Imperii Anno 1561. literas eo titulo inscriptas, sibique oblatas Pontificio tum temporis nuncio non resignatas, ne dignitatum Ordines, quibus Imperium R. G. gaudet, confunderentur, remisisse recenset Chytræus *in Chron. Saxon. lib. 20.* Nold. *d. l. c. 1. n. 61.* Dn. Maurit. *d. l. th. 3.* add. omninò Eyben *d. tit. Nobil. §. 4. sqq.* ubi diffusè satis hac de re. *Hoc* verò modo, & in sensu *strictiori* illis competit, qui plebejorum, & ex familia nondum nobilitata satorum ordine sunt exempti, Principibus, Comitibus & Baronibus contradistincti natalium non minùs ac Virtu-

tum

tum splendore præcellentes, Nobiles *in specie* sic dicti: quorum in Imperio nostro R. G. alii sunt *mediati*, qui Imperatori ac Imperio mediante alio Principe aut Statu cui subditi sunt, parent, veluti die Landsaßen; alii *immediati*, qui Imperatori ac Imperio ita parent, ut quoad Personas suas alium Statum pro Domino aut Magistratu regulariter non agnoscant, die Freye Reichs von Adel, welche ohne Mittel der Kayserl. Majest. und dem Reich unterworffen R. A. zu Augspurg de Anno 1555. §. und in solchen Frieden. R. A. zu Regensp. de Anno 1576. §. Dann weiters wollen wir. Ord. Cam. p. 2. t. 5. Bidenbach. *quæst. Nobil. l. 1. num. 7.* Knipschild. *d. Nobil. L. 1. c. 2. num. 7.* qui secundùm loca ac territoria ubi degunt, in tres Circulos aut Classes vulgo distribui solent, nempe in Suevicam, Franconicam & Rhenanam, die Ritterschafft in Schwaben, Francken und Rhein Landen, quibus associata quarta Alsatiæ Inferioris, de quibus vid. Magnif. D. Præses in Diss. *d. tut. mat. nobil. Imp. immed. th. 3. sqq. & ibid. allegg.* Maurit. *de Nobil. Germ. th. 26. sqq.* Quorum omnium intuitu Nobilitas nobis nil aliud est, quàm Dignitatis in Republica gradus eminentior, vel ex Natalibus, vel ex Privilegio alicui infra Baronatus gradum competens, quo ex plebeja, aut communi hominum sorte atque conditione, exemptus, & præcellentioribus privilegiis ornatus reperitur. Et de Nobilitate hoc modo *strictè* accepta hæc tractatio quoad *rubri primum membrum* principaliter aget: quamvis, ubi vel eadem vel major ratio militat, ad similem vel superiorem honoris atque Dignitatis gradum ab hoc rectè inferri, & idem Jus regulariter, ex eadem concedentis voluntate observari atque applicari posse atque debere, sit quod per necessariam Consequentiam statuendum veniat.

III.

Hæc de *Nobilitate Generis*, aut *Sanguinis* familiarum splendore quæ excellit, & nomen hoc sibi quasi proprium vindicat, Germanicè der Adel, die Ritterschafft, die von Adel; Nunc de *altera Rubri parte*, nempe de *Nobilitate Scientiarum & Virtutum*, meritorum horundem gloriâ quæ præeminet, & magis *Dignitatis* nomine venire solet. Vocabulum v. *Dignitatis latiùs* quidem patet, denotans quamvis præstantiam, quomodocunque vel rei, vel personæ, etiam solo naturæ beneficio competentem. Sic dignitas dicitur inesse in sermone, in vultu, in gestibus, in re pulchra, nitida, splendida atque pretiosa. *Strictius* verò ad personas refertur, quomodo hic considerari debet; Et *hoc* in sensu vel in *genere* designat alicujus honestam & cultu & verecundia & honore dignam authoritatem, ita definiente Cicerone in *l. 2. d. invent.* quæ *major* redditur ex præeminentia potestatem quandam sibi conjunctam habente: *minor* v. est, quæ sine administratione existit, & *honoraria dignitas* appellari solet, quâ Princeps quem ornat *l. fin. C. d. dign.* vel etiam *in specie* designat eminentiam

tiam potestate aliquâ, aut saltem singulari quadam veneratione atque authoritate instructam, quâ ultra plebejos, vulgares & in dignitate aliqua non constitutos conspicuus quis & venerabilis annuente & concedente Cæsarea Majestate, aliave superioris jus conferendi & evehendi habentis authoritate redditur, nomen inde aliquod singulare juraque singularia potius. Facit huc *l. 14. pr. ff. de mun. & honor. & tot. tit. C. de dignit. l. 3. C. d. commerc. l. 7. C. d. postul. §. 3. & 4 proem. instit : l. 6. & 7. C. d. Prof. & Med. l. 4. §. 1. in fin. de Excus.* Excellentiss. Dn. D. Schweder *in Diss. d. privil. & jur. sing. pers. illustr. sect. 1. c. 1. th. 5.* Horsum referri merentur Personæ *Magistratuum* sine dubio majorum, qui quomodo in Imperio Romano olim fuerint distincti, quibusque titulis insigniri soliti, aliis vocitatis *illustribus*, aliis *spectabilibus*, aliis *clarissimis*, aliis *perfectissimis :* explicat latè Perez. *in C. ad tit. d. dignit. num. 3. sqq.* & novius plenissimè omnium post plures à se allegatos laud. Dn. D. Schweder *in dict. Diss. d. c. 1. th. 6. sqq.* Personæ Professorum, Consiliariorum, Doctorum, aliorumque, quos vocant, graduatorum, Advocatorum, militum, & qui sunt id genus alii eximiæ maximè sortis *l. 2. & tot. tit. C. d. Advoc. div. judicior. & citt. modò ll.* dignitate sive togatâ & literariâ, s. sagatâ & militari tales. Utroque n. modo s. marte aut armis, sive arte aut literis nobilitas virtute talis conciliatur, cùm utrobique mediante Virtute, quæ fons est hujus nobilitatis *d. l. 7. C. d. postal. l. 4. C. d. stat. & imag. c. Nos qui x. d probat.* emergant, laudem, honorem & dignitatem sibi parent Tiraqu. *d. Nobil. c. 2. §. 43.* ibi : eo deventum, ut eos nobiles duntaxat diceremus, qui alios virtutibus, divitiis, scientia, industria, eloquentia, re militari Reip. gubernatione, sua aut majorum dignitate, aut alia quavis excellentia, non vulgari, & ea quidem nota & celebri anteirent ; & porro *c. 5. n. 5.* modò justa nobilitandi accedat forma quærenda in authoritate superioris, sine qua sola scientia, sola Virtus non nobilitat. Matth. Steph. *d. Nobil. l. 1. c. 4. n. fin.* qui omnes utut *Genere* nobiles non sint, sunt tamen *Dignitate* nobiles, iisdemque juribus regulariter fruuntur, quibus illi, *Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 17.* Dn. D. Schweder. *in intr. in Jus publ. Sect. 1. c. 6. §. 15.* post Schilter. *ad Jus Feud. Alem. c. 1. §. 29.* Dn. Burgm. *d. tr. pag. 206. in fin. & p. 213.* pares quoque, modò non sint Ordinis planè inferioris, veluti magistratus & ministeriales minores, die Richter in denen Dörffern, unter denen Bauers Leuten, & similes illis, vel ratione Officii excellentioris, vel honoris, existimationis & eminentiæ, Virtutibus partæ, gradu insigniori. Quô facit vel maximè textus in *R. I. Aug. de Anno 1500. tit. 21. §. 5.* Ubi creati Doctores nobilibus sanguine talibus, & non simul equitibus, die nur von Adel und nicht Ritter seynd, non tantùm exæquantur, sed & præferuntur, illis verò nobilibus, qui simul equestris

equestris Dignitatis splendore præcellunt, denen von Adel so Ritter sind, regulariter parificantur in verbis : und sonderlich sollen die von Adel die nicht Ritter oder Doctores sind, Perlen oder Gold, ꝛc. zu tragen abstellen, ꝛc. Doch mögen die von Adel die Ritter oder Doctores, &c. &c. Quæ æquiparatio Doctorum cum Equitibus, & distinctio sive prærogativa eorum in Ordine ad Nobiles *simpliciter* tales, non Equites ibid. *in* §. *7. & 8.* iteratis vicibus porro confirmatur per verba : item die von Adel, so sie noch nicht Ritter oder Doctores sind, sollen kein Gold, ꝛc item die von Adel, so Ritter oder Doctores sind, sollen kein gulden Stück tragen, ꝛc. & toties quoties aliis similibus in textibus repetitur *Ref. Polit. Aug. d. anno 1530. tit. 14.* §. *1. 2. & 3. junct. tit. 15. Reform. Aug. de Anno 1548. tit. 14. junct. tit. 15. Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. tit. 11. junct. tit. 12.* quod argumentum, à condecoro hisce Imperii Constitutionibus determinati & permissi vestitûs & ornatûs habitu desumptum, etiam validissimè concludere ad inferendum parilem Dignitatis & Existimationis in aliis etiam jurium articulis, eorundemque honorum Doctoribus æquè ac Equitibus debitorum gradum oppidò patet ex *R. I. Trev. & Col. de Anno 1512.* §. *item* sollen dieselbe 8. Räthe, ꝛc. *11.* & *d. Ref. & Ord. Polit. dd. ll.* ubi decentia vestitûs atque ornamentorum gestandorum connectitur cum prærogativa Statûs, Ordinis atque Dignationis, quæ pro fundamento & norma illius, ut & aliorum Jurium ei convenientium meritò habetur, ihrem Stand und Freyheit gemäß, Jos. Nolden. *de Nobil. c. 5. n. 129. sqq.* cui conformiter quoque Anno 1707. d. 4. Apr. respondit inclytum Facultatis Jurid. in hac Eberhard. Collegium in causa Præcedentiæ inter Doctores Juris & Medicinæ & inter nonnullos Patricios N. controversæ. Et est omnino publicæ Utilitatis optimum præsidium atque firmamentum ubi scientiis & Literis suus servatur honor, quam in rem Symmachus. *l. 1. Ep. 79. Scimus,* inquiens, *bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reip. ut Disciplinarum Professoribus opulenta præmia pendantur :* Et rectè quoque Tacit. *Annal. 11. c. 7. n. 4. Sublatis studiorum pretiis etiam studia pereunt.* Sine his enim non facilè inveniuntur, qui alacri studio eas sectentur, nec erunt, qui Imperantibus adesse queant suis Consiliis in benè regenda Republica, quorum Operâ si non magis, æquè tamen indigemus, ac eorum subsidio, qui in tuenda ea promptos atque fortes se virtute sua & armis exhibere debent. Virtus communis fons est, ex quo utraque Nobilitas suam traxit Originem ; & uti Nobilitas *Generis* vel Sanguinis, ita & Nobilitas *Literarum & Eruditionis* in præmium & testimonium Virtutis & militaris & literatæ s. Eruditionis cum publici egregii notabili incremento confertur, & ita inter se consociantur, & adæquantur, ut altera alteri mutuo sit subsidio, Becman. *in notit. Dign. illustr.*

Diff. 11. c. 2. § 3. seqq. Unde & Nobilitatis Genus consequi dicuntur Doctores in Academiis, & Dignitas hæc Equitum Prærogativæ in Imperio R. G. semper fuit æquiparata. Horn. *de civit. L. 2. c. 7. §. 1.* quod multò magis verum est de iis, qui insimul officium aliquod illustre aut conspicuum penes Principes nostros gerunt, veluti qui Palatii aut Aulæ Magistri, Cancellarii, Mareschalli, quem dicunt, aut consiliarii partibus funguntur. *Ref. Polit. Aug. de Anno 1530. tit.* vom Adel *14. §. 2.* ibi: und so einer eines Fürsten Hoffmeister, Marschalck, oder Rath, und doch nicht von Adel wäre, der mag sich denen von Adel gleich tragen. *junct. §. 3. & tit. sq. 15.* Quod & repetitur *in Ref. Polit. Aug. de Ao. 1548. tit. 11. §. 2. sq. & tit. 12.* ut & *Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. tit. 11. §. 2. sq. & t. 12.* Klock. *de Contrib. c. 15. n. 30.* Matth. Steph. *de Nobil. Lib. 2. §. 29.* aut etiam qui in Universitate aliqua Cancellarius aut Professor est, ut utpote qui etiam inter personas valde egregias referuntur, Rutg. Roland. *de Commission. & Commissar. p. 2. l. 2. c. 5. n. 13.* & si per *20.* annos publico Juris docendi munere functi, illustribus planè accensentur, *arg. l. un. C. de Profess. qui in urb. l. 2. §. quæ omnia C. de vet. jur. enucl.* Coler. *de Proc. Exec. p. 1. c. 6. n. 133.* Matth. Steph. *d. l. n. 55.* Quæ æquiparatio aut prærogativa hôc rectiùs statuminatur, quò urgentiori nititur ratione. Rem etenim si ex vero censere volumus, sepositâ præconceptâ aliâ opinione & præjudicio, præeminere videtur scientiarum & virtutum Nobilitas præ Nobilitate generis aut sanguinis sola. *Hanc* siquidem quisque non ex se suisque virtutibus præcisè, sed à Parentibus suis tanquam fortuitum quid accepit. Roman. *sing. 646.* Alexand. *1. Cons. 94. & 6. cons. 213.* At verò *illam* quis proprio marte suisque laboribus & meritis sibi partem habet, tantò majoris æstimandam in eo, qui fortean humili loco natus aut nullo majorum exemplo præeunte viam virtutis tamen sua sponte inambulat, dignus hoc respectu, ut & illi præferatur. Tiraquell. *d. Nobil. c. 5. n. 5.* Bobadilla, *l. 1. polit. c. 3. n. 23.* Perez. *in Cod. tit. d. dignit. n. 31.* Quam Dignitatis & Nobilitatis prærogativam qui in dubium vocare satagunt, uti videre est ex iis, quæ disputantur ap. Limn. *de Jur. Publ. l. 8. c. 8. n. 101. sqq.* Besold. *d. Nobil. d. 2. th. 29.* & Author. *discursûs novi de natur. & Stat. veræ nobil. & Doctor. jur. annex.* Itteri, *tract. de Grad. Acad. q. 1.* iis meritò inter alia objicitur illud Taciti *l. 1. Histor.* non deteriorem esse debere Conditionem eorum, qui posteros habere nobiles meruerunt, quàm qui Parentes: Generari & nasci à Principibus fortuitum est, nec ultrà æstimatur: illudque Marii ap. Salust. Quam, inquientis, iniqui illi sunt in me Judices, ut quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedant. Alieno certè præclaro nomine ignaviam suam investire velle absonum. Non minus & illud Sapientum Oraculum

ap.

ap. Trajan. Boccalin. *in Relat. Parnaß. p. 2. c. 160. in fin.* ubi vid. quæ non minùs quadrant adversus eos, qui antiquam saltem Nobilitatem, quæ quidem gradu quodam præstantior optimà ratione judicari potest, quia splendore Generis continuata, jam confirmata etiam in habitu virtutum, ut plurimum cum illo laudabiliter consociatarum, esse censetur, perfectior exinde & potior. *arg. l. 1. ff. de alb. scrib.* nimis præsumptuosè jactitant, & novam planè despiciunt, eosque qui virtute nuper nobilitati aut beneficio principum dignitate donati â se quasi specie quadam distinctos existimant, quos ridendos censet Petr. Greg. Tholos. *de Rep. l. 4. c. 4. n. 4. sqq.* quasi verò eorum Majores non fuerint etiam aliquando novi, nec aliis similes, & quasi solum atrium fumosis imaginibus plenum unica causa veræ Nobilitatis esset: secus ac cecinit Ovidius ad Pison.

Perit omnis in illo
Gentis honor, cujus laus est in origine sola.

Coincidit, quod scribit Salustius in Jugurtha Marium producens ita loquentem: Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur: quamquam ego naturam unam & communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse: Et quod Cicero Romani Princeps eloquii in oratione aliqua Salustio, qui eum contemptim vocarat novum hominem Arpinatem, respondit: *Ego*, inquiens, *meis majoribus virtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis vitâ, quam turpiter egisti, magnas obfudisti tenebras, ut etiamsi fuerint egregii cives, certè venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros objectare, satius enim est me meis rebus gestis florere, quàm majorum opinione niti, & ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.* De quo pluribus differentem, & id genus insolentiæ fortiter retundentem vid. Tiraquell. *d. Nobil. c. 4. num. 1. sqq.* Matth. Steph. *de Nobil. p. 1. c. 4. n. 12. sqq.* Noviss. Joh. Phil. Treiber. *in disp. Jen. hab. de Nobilibus novis injusto despicatui habitis per tot.*

IV.

Describi potest hæc, de qua hic agimus, Exceptio Nobilitatis, quod sit Jus Nobili *utriusque sortis* & nobilitate *sanguinis* & nobilitate *virtutis* tali, reo, aut impetito, adversus agentem alium cujuscunque Conditionis, vel etiam huic alii adversus utriusque Nobilitatis nobilem agentem, aut quid sibi petentem competens ad excludendam alterius intentionem petitionemque ipso jure fundatam.

V.

Ipsa hæc Descriptio innuit hanc Exceptionem *duplicis* esse *generis*: Aliam nempe *activam*, quæ nobili datur, ubi ab alio convenitur aut pulsatur, quæ

frequentior est, & usu sæpiùs obveniens: Aliam *passivam*, quam nobilis pati debet ipsi agenti ab alio oppositam. Est quoque Exceptio nostra alia *generalis* in omnibus nobilibus, alia *specialis* & restrictior in Nobilibus saltem immediatis locum inveniens.

VI.

Causa efficiens remota hujus nostræ Exceptionis quærenda est, primitùs quidem, perinde ut aliarum Exceptionum jure probatarum omnium, in se & absolutè consideratarum, origo in ipsa æquitate naturali & jure Gentium. Exceptio siquidem, cùm habeat speciem defensionis *pr. I. de Except. l. 9. l. 10. C. eod. l. 12. ff. d. dol mal. exc.* adversus actionem summo & stricto jure competentem *d. pr. §. 1. & sqq I. d. Except.* (potest enim titulus e. g. ad obligationem producendam per se justus & validus esse, etiam ad actionem producendam, quæ tamen consideratis certis circumstantiis ob æquitatis defectum iniqua esse potest Dn. Vitriar. *in univ. Jur. Civ. l. 4. t. 13. §. 24.*) rectè ad ipsum Jus Naturale & Gentium reducitur. *l. 1. § 1. ff. de dol. mal. & met. Exc.* junct. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. d. J. & J.* Unde & non sine optimè fundata ratione Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. tit. d. Except. th. 8.* & Dn. Coch. Ass. Trib. Wism. primar. *in prax. fori. Germ. p. 3. pag. 284.* matrem omnium Exceptionum dicit æquitatem jure naturali & Gentium agnitam: & in frequenti eas usu fuisse jam ante conditam Romam Romanamque Jurisprudentiam apud alias Gentes, quibus, dum jus & justitia secundum leges administrari debuit, id sine competenti exceptione fieri non potuisse, imo jam in paradyso protoplastos Adamum & Evam statim post lapsum exceptionibus usos fuisse, dum Adamus culpam violati mandati de non vescendo pomo à se in Evam rejecit, Eva autem in serpentem, causantes alium ab alio deceptum esse *Gen. 3. vers. 12. sqq.* eleganter adnotat Hahn. *in Diss. de Except. th. 10.* quo respectu etiam vel maximè in Jure nostro favorabiliores habentur, ita ut reus, qui illis utitur, actore favorabilior censeatur *l. 125. ff. d. R. I. l. 47. ff. d. O. & A.* Hoc quicquid est naturalis æquitatis & Gentium juris, ei accedere, & authoritate sua etiam in Rep. Rom. singulare aliquod robur superaddere Jus nostrum Civile haud dubitare potuit, hoc propterea agens, ut certam quandam formam cuique earum largiretur, donatâ vel latiore, quod ut plurimum factum esse constat, vel angustiori vitâ, & in genere totam earum cohortem ordine instrueret, & determinaret, iis aliquid vel addendo vel detrahendo. *l. 6. pr. ff. d. J. & J.* Dn. Coch. & Dn. Lauterbach. *dd. ll.* unde & ex hoc jure nostro suos potissimum derivant Effectus. Et uti hoc in omnibus aliis Exceptionum speciebus juris est aperti, ita & idem constat in specie quoque in hac nostra *Nobilitatis, parilisque Dignitatis Exceptione*, iisque quæ huic tribuuntur singularibus præro-

prærogativis, quæ maximam quidem partem pendent ex Imperatorum, Regum, Principum, similiumque aliorum superiorum gratiosis munificentiâ & Liberalitate plenis Rescriptis benè meritos eoque honore dignos in eam sortem meritò evehentibus, & ex proletariæ plebis censu eximentibus. vid. quæ scripsimus, textibus quoque nonnullis hanc in rem allegatis *th. præced. 3.* & infra ulterius allegandis. Neque enim calculum meretur nonnullorum nimis inconsideratorum hominum gratis protrusa hypothesis, quæ principium suæ nobilitatis nullum admittere, sed æternam illam esse, aut quasi à natura in sanguinem projectam atque sparsam, nec tam ex particulari superiorum gratia & privilegio, quàm ex creatione aliqua supernaturali divinaque originem traxisse arbitrantur Jan. Huart. *in Scrutin. ingen. c. 16.* quorsum referri meretur, quod nonnulli, Poëtæ imprimis, nobiles quasi à Diis Deabusque genitos procreatosque fingant, quam in rem plura loca congessit Tiraquell. *d. nobil. c. 2. n. 44. sqq.* Uti nec è contrario illorum Opinio probari potest, qui Nobilitatem, adeoque & nobilitatis Exceptionem naturali rationi, dum æqualiter omnes sati atque nati, repugnare autumant. Quamvis enim inter omnes homines ratione Originis suæ una eademque sit Conditio, quoad unam eandemque materiam unde formati sunt atque compositi vid. Genes. *c. 3. vers. 19.* Sirach. *c. 17. vers. 1. sqq. l. 3. ff. de J. & J. l. 32. ff. d. R. I.* quoad ipsam quoque nascendi sortem, eandemque quam in primævo hominum statu cuique cognatam deprehendimus libertatem non tantùm, sed & ingenuitatem, quo collimat vulgatus iste Versus:

Si Pater est Adam cunctis, si mater & Eva
Dic cur non simus nobilitate pares.
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores
Exaltat Virtus, nobilitatque Genus.

Matth. Stephani *in tr. de Nobil. p. 1. c. 2. n. 1.* Tiraqu. *d. Nob. c. 4. §. 1.* vel uti aliàs idiomate Germano id efferre solent hoc notissimo versiculo:

Da Adam hackt und Eva spann,
Wer war damahls ein Edelmann?

Steph. *d. l. c. 4. n. 15.* quibus convenienter Seneca *L. 3. d. benef. c. 28.* nemo altero nobilior est, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Hoc tamen nihil vetat, quo minus & naturalis ratio apud Gentes rectè constituisse dicatur, ut sit aliqua personarum distinctio atque diversus respectus, prout quisque virtutibus atque meritis vel concivibus suis se venerabilem dignumque reddit, ut judicent, ei altiorem quandam dignitatem præ aliis competere, suffragante maximè, comprobante & decernente eo, qui superior est in Rep. & evehendi potestatem habet. Dn. Ziegler. *in tr. d. jur. Majest. L. 1. c. 28. §. 20.* id quod meritò non tantùm singulæ Respublicæ, sed & in Imperio nostro in

ſpecie noſtri Legislatores ſuum fecerunt, prærogativas tales utrobique & indulgentes & conſervantes: quibus prærogativis juribusque extantioribus quia viva maximè ac florida redditur nobilitas, inde rectiùs dicitur, quod utraque noſtra nobilitas ſtrictè loquendo *civilis juris* ſit, quam & *politicam* dicunt, oppoſitam illi, quam *generalem & Philoſophicam* appellitant. vid. Matth. Steph. *d. l. c. 3. n. 2.* Nolden. *in tr. d. Stat. Nobil. c. 1. n. 36. ſqq.* Neque enim ſine Principum aut ſuperiorum eam poteſtatem habentium indulgentia & collatione unquam extitiſſent nobiles ſuis ornati privilegiis, quæ unicè accepto ferre debent ſuis, quos venerantur, Legislatoribus, cujus rei veſtigia leguntur non tantùm in Jure *noſtro Civili Romano*, veluti in *l. 3. §. 2. C. ubi Sen. vel clariß. l. 3. C. de Conſul. l. 2. l. fin. ff. d. Nat. reſtit. l. 1. C. de his qui à Princ. vacat. accep. t. t. C. d. dign. ſimilibusque aliis textt. ſupra jam in th. 3. citt. & paſſim hic ulterius citandis:* ſed & in Conſtitutionibus Imperii R. G. veluti in *R. I. Aug. de Anno 1548.* §. Wiewohl auch. *Capitul. Ferd. III. art. 46. Capit. Ferd. IV. art. 44. Leopold. art. 44. add. ſupr. jam cit. R. I. Aug. d. Anno 1500. t. 21. §. 5. Reform. Polit. Aug. d. Anno 1530. t. 14. & 15. & Ord. Polit. Francof. de Anno 1577. tit. 11. & 12. & id genus aliis texxt.* Rectiſſimè ergò cauſa Efficiens nobilitatis Princeps, aut ſupremus in Rep. dicitur poſt alios Nolden. *d. tr. c. 2. n. 1. ſeqq.* ubi Imperatori, Pontifici Romano, Regibus, Electoribus, Ducibus, Rebuspubl. eam poteſtatem rectè tranſcribit. B. Dn. Maurit. *d. Nobil. imprim. Germ. th. 8. ſeqq.*

VII.

Cauſa efficiens proxima noſtræ Exceptionis eſt dignitas, & præcellens illa horum hominum conditio, ortum ſuum referens primitùs ad merita & virtutum ornamenta atque præſidia, quorum intuitu etiam humili loco nati in ſortem eam eminentiorem evecti, Reique publicæ ſ. arte, ſ. marte fulcra dedere omnium conſtantiſſima atque validiſſima: id quod infinitis ferè exemplis, etiam Imperatorum, Regum & Principum, qui ſervilis planè vel aliàs ſordidæ Originis fuerunt, in conſpicuum dedit Tiraquell. *d. Nobil. c. 4. num. 6. ſeqq. c. 5. & ſeqq.*

VIII.

Quoad *Subjectum*, *Objectum*, *Formam*, atque *Effectum* hæc noſtra Exceptio cum aliis Exceptionibus in genere convenit, præterquam ubi quid ſingulare habet: Hac ratione *activa* illa datur nobilibus utraque nobilitate claris, quando poſtulantur in reos, & ab iis aliquid petitur in judicio. *l. 10. C. d. Except.* vel jam cœpto, vel mox incipiendo, ita ut in illo caſu Exceptio conſideretur *in actu exercito*, prout eſt actualis quædam allegatio intentionis excluſiva; in *hoc* v. caſu, *in actu primo atque ſignato*, prout deſignat jus talem allegationem

nem in posterum faciendi: *per l. 2. pr. & §. 2. ff. d. Except.* Hahn. *in diß. d. Except. th. 13.* & qui ex hoc ordine agere possunt, iis quoque exceptionem hanc competere dicendum est. *arg. l. 1. §. 4. ff. d. superfic. l. 156. §. 1. ff. de R. I.* adeò ut si qui etiam ab agendo repellendi essent, tamen propterea non deneganda veniret, tanquam defensionis species, quæ nemini aufferenda. *l. 125. ff. d. R. I. l. 5. pr. ff. d. pœn. l. 10. & l. 11. C. d. Except.* B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. d. Except. th. 9.* Hæc Exceptio verò personalis est, adeoque ad heredes & successores non transit, *arg. l. 7. pr. ff. d. Except.* & non tantùm expirat cum persona in dignitate aliqua, aut in officio aliquo eminentiori constituta, quæ dicitur nobilis nobilitate scientiarum atque virtutum: neque enim Cancellarii, Doctoris, aliusve honoratioris ejusmodi officialis filius Cancellarius, Doctor aut similis ipse est, aut dici potest, per consequens eodem jure, iisdem prærogativis uti non potest, *l. 68. l. 196. ff. d. R. I. l. 42. ff. d. admin. & peric. tut.* Finitâ siquidem personarum qualitate, propter quam privilegia sunt indulta, extinguuntur & privilegia *l. 6. §. 14. ff. d. excus. tut. l. 4. §. 1. ff. d mun. & hon. c. 60. x. d. appellat. l. 87. §. 1. ff. d. Leg. 2.* nisi privilegia illa specialiter quoque extensa inveniantur in personas alias, e. gr. heredes, tunc enim hi jure novæ cujusdam concessionis & quasi jure proprio iisdem fruuntur *per text in l. f. ff. d. Decur. l. 17. C. d. quæstion. l. 11. C. d. excus. mun.* quam in rem & allegari merentur privilegia huic Eberhardinæ ab Eberhardo seniore, primùm deinde Duce Wirtembergiæ, fundatore munificentissimo, concessa & quotannis in templo S. Georgio dicato publicè ex suggestu toti Civitati publicari & in memoriam revocari jussa, in quibus gloriosissimæ memoriæ fundator immunitates Doctoribus, Magistris & Studiosis concessas expressè quoque ad alias ad eos pertinentes personas extendit in §. auch wollen wir. *pag. Stat. 199.* ibi: Daß alle Doctor, Magister, Studenten, NB. oder die Ihnen zugehören solch obgeschrieben Guth, Wein, Fleisch, Fisch, Korn, Brod und anders, wo und wann sie wollen, bestellen, kauffen, &c. & §. wir haben auch, *pag. 201.* ibi: Haben auch alle Freyheit geben, wie Magistern und Studenten, geben auch hiemit in Krafft dieses Brieffs NB. allen ihren ehelichen Weibern und Kindern, darzu allem Ihrem Haußgesind, Knechten, Mägden, Dienern, dazu Pedellen, Schreibern, Einbindern, Illuminirern, welche zu Tübingen Wohnung haben. vid. B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad tit. de Constit. Princ. th. 29.* Sed & in *nobilitate sanguinis atque Generis*, ejusque prærogativis ac privilegiis. Quamvis enim & Nobilium liberi ex primæva nobilitatis concessione nobiles non minùs sint ac eorum parentes, per consequens uti aliis ejusmodi Juribus ac prærogativis, ita & hac Exceptione gaudeant, tamen his fruuntur non tanquam heredes aut jure hereditario, aliàs enim vivis parentibus tales non essent, quod incon-

inconveniens dicere, ſed jure ſuo ſibi primitùs quæſito, perinde ac quod parentibus quæſitum, cum quibus *ſpecie* quidem eandem nobilitatem habent, at verò *numero* aliam. Utut itaque cum perſonis parentum deſinat nobilitatis privilegium, parentibus quod erat datum, quod hactenus omnino perſonale eſt, privilegium tamen numero aliud, quod liberis etiam perſonaliter indultum, in horum perſonis uti initium cœpit, ita & perdurat: & ſic porro in horum deſcendentibus in infinitum ulterioribus, omnibus proprio jure hac in parte gaudentibus. B. Dn. Maurit. *de Nobil. Germ. th. 21.* B. Dn. Lauterbach. *d. l. th. 33.* Contra verò hæc noſtra Exceptio datur contra actores quoscunque ſ. ſuperioris, ſ. ejusdem, ſ. inferioris ordinis, horumque omnium heredes atque ſucceſſores *arg. l. 6. ff. l. 1. l. 2. C. de Except. l. 143. ff. d. R. I.* Quod verò ad *paſſivam* nobilitatis Exceptionem attinet, illa datur cuicunque alii à nobili utriusque ordinis convento aut impetito, illiusque heredibus ac ſucceſſoribus adverſus ejusmodi nobilem agentem aut quid ſibi petentem. *arg. l. 62. l. 156. §. 2. ff. d. R. I.*

IX.

Objectum hujusmodi Exceptionis eſt non minùs uti aliarum Exceptionum Intentio ſ. petitio actoris, quatenus hanc reus injuſtitiæ arguit, ex circumſtantiis jus ſummum hic moderantibus. *l. 2. pr. ff. d. Except. §. 1. & ſqq. I. eod. Forma,* quæ à fine pendet, conſiſtit, perinde ac in aliis Exceptionum ſpeciebus, ita & in hac, in vi & poteſtate actionem ipſo jure competentem excludendi & impugnandi. *pr. Inſt. l. 2. pr. & §. 2. ff. d. Except. Effectus* pariter eſt ipſa actionis & intentionis excluſio. Quæ generaliter & per ſummam hic indicaſſe ſufficit: cùm in ſubjungendis mox exemplis hæc omnia conjunctim ſpecialiùs & penitiùs conſpicere liceat. Unde & temporis, quo nunc coarctamur, lucrandi ergò unicè adhuc in iis recenſendis, examinandis, & ad Uſum atque Effectum juridicum in foris noſtris quotidiè ferè occurrentem revocandis & ſtatuminandis occupati erimus. In his autem ordinem obſervabimus, quô aliàs uſus eſt Imp. noſter Juſtinianus in Inſtitutionibus concinnandis, ſecundùm tria, quæ vocant, Juris noſtri Objecta: Ubi 1. de Exceptionibus Nobilitatis utriusque circa *Jus Perſonarum* obvenientibus, 2. de iis quæ circa *Jus Rerum*, & 3. de iis quæ circa *Jus Actionum* reſultant, & actionibus aut intentionibus petentium quid jure opponi poſſunt.

X.

Quod ad *Jus perſonarum* attinet, exceptio hæc prodire poteſt in materia *modorum patriam poteſtatem conſtituendi*, & 1. quidem ſponſaliorum & nuptiarum. Ponamus Caſum: Nobilis Juvenis ſponſalia ritè recteque celebravit cum fæmella ſanguine non nobili, aut fæmella nobilis cum maſculo ignobili, iſta

ista sponsalia aut matrimonii promissionem ad effectum deducere & consummare, aut, ubi consummatum jam est, præstanda præstare pars nobilitate generis antecellens recusat, altera pars conditionis inferioris, aut plebejæ planè sortis implorat judicem competentem, ut compellat partem recusantem ad matrimonium consummandum, aut si jam consummatum ad ea, quæ ex matrimonio pendent, præstanda aut tribuenda; hæc verò de cætero non habet, quod opponat, nisi unicam hanc *nobilitatis & inæqualitatis exceptionem.* Qu. an justa sit Oppositio? Resp. Neg. Nullo etenim jure, nec divino, nec humano prohibita inveniuntur sponsalia aut matrimonia inter tales personas ineunda, nec inter qualitates justi & legitimi connubii essentiales aut necessarias hodie ullibi recensetur aut requiritur paritas dignitatis aut conditionis, exinde ex impari illa conditione quæ vult deduci & opponi exceptio, hactenus malè fundata erit. Olim quidem Jure nostro Romano, & vel in ipsa XII. Tabb. lege prohibebantur connubia inter patricios & plebejas, Senatorem, ejusque liberos atque libertas, aliasve personas viles, veluti mulieres Scenicas, & vice versa, *l. 16. l. 23. l. 27. l. 42. §. 1. l. 44. l. 47. l. 52. ff. d. rit. nupt.* inter Præsides provinciarum & provinciales *l. 38. l. 57. ff. eod.* inter personas liberas atque servas, *l. 67. ff. de Jur. dot. l. 7. ff. de agn. lib.* ex rationibus aut prætextibus recensitis ap. Ærod. *l. 4. rer. judic. tit. 15. c. 5.* & Dn. Stryk. *in us. mod. ad tit. d. R. N. §. 6.* Tales prohibitiones tamen non ampliùs observari tum ex Jure *noviùs* promulgato constat ex *l. 23. C. d. nupt. Nov. 51. Nov. 78. c. 3. Nov. 89. c. ult. Nov. 117. c. 4.* & Jure *Canonico t. t. x. d. Conjug. Serv.* vid. Brunnem. *de Jur. Eccles. l. 2. c. 16. §. 18. & ibid.* Saryk. *in addit. ad verb. substantiam matrimonii convellit:* tum etiam ex Jure *moderno*, quod usus frequentior demonstrat & constabilit, etiam in *personis illustribus*, Ducibus, Principibus aliisque, quibus quidem quam maximè commendandum est, ne splendorem familiæ antiquæ illustrioris inæquali connubio, imprimis cum persona planè abjecta vilissimæque conditionis imminuant aut contaminent, cum & in his quoque quadret illud Ovidii prudens monitum: *Si vis aptè nubere nube pari.* Henr. Salmuth. *in qu. de matr. cum virg. nob. fol. 13. & 24.* & post alios Myler. ab Ehrenbach. *in Gamol. Princ. imp. ill. c. 5. §. 1. sqq.* aliquot exempla adducens §. 3. eorum, qui malè audivere ob indignas suo fastigio nuptias: notatum quoque ob id Ericum XIV. Suecorum Regem, quod Catharinam, quam lictoris filiam dicit Arnis. *d. jur. connub. c. 3. sect. 6. num. 16.* Satellitis verò sui filiam alii perhibent, in uxorem duxerit, & Reginam proclamaverit, Thuan. *in histor. lib. 43.* Chytr. *in Chron. Saxon. l. 22.* Et Uldaricum XXI. Ducem Bohemiæ puellæ rusticæ amore captum, sibi thalami consortem indecenter junxisse Æn. Sylv. *in Histor. Bohem.* & Reinking. in Bibl. Pol. Ordn. *L. 3. ax. 3. in fin.* nobis referunt;

eoque magis iisdem hoc identidem inculcandum est severiùs, ut talia connubia ineant, quibus regno aut Reipublicæ suæ, & saluti populi quam optimè possint prospiciant; inde communiter appellitari solent matrimonia ex ratione statûs, Staats-Heurathen, quibus sæpiùs plus quàm volupe est regentes & Principes obnoxii esse debent, in quo privatorum ex amicitiæ affectu & morum conformitate sibi uxores eligentium sortem suaviorem & feliciorem æstimat atque deprædicat præ Regum & Principum, illi & statûs utilitatis suæ suæquæ Reipubl. rationi quasi alligatorum fortuna, quâ vel sanctissima talia fœdera cum in finem sæpissimè inire debent, ut vel bella jam exorta extinguant, vel metuenda præcaveant, suaque regna tuta præstent, & vel affinitatis vel conjunctionis fulcimentis constabiliant, vel ampliori dote atque accessione res suas providè & potenter augeant, Joh. Barclaj. *in Argen. l. 3.* Myler. ab Ehrenbach. *d. l. §. 3. & 4.* plura talium admodum inæqualium connubiorum incommoda ex aliis recensens, atque dissuadens, ita tamen ut imparem istam nubendi Conditionem personarum Imperii illustrium non præcisè æstimet ex *proportione Arithmetica*, nempe ut Dux Ducis, Marchio Marchionis, Comes Comitis filiam ducat, sed magis ex *proportione Geometrica*, ne generis nobilitate multùm se exsuperent, nec uxor multùm inferior sit viro, ad quotidianam Imperii observantiam, quæ Ducibus aut Principibus Comitum filias, Comitibus contra Ducum, imò quandoque Regum filias matrimonio junctas nobis exhibet, ex Toming. Nold. Fabr. Pfeil. provocans. *d. l. §. 6.* Hisce tamen non obstantibus, cùm evenire possit, ut & admodum inæqualia etiam Regum aut Principum matrimonia, vel cum plebeji ordinis fæmellis, modò non nimis abjectæ sint personæ, contrahenda in censum arcanorum dominationis veniant, Arn. Clapmar. *in tr. de arcan. Rerum publ. l. 3. c. 18.* Mich. Piccart. *in obs. histor. pol. dec. 9. O. 1.* & vel conservatio familiæ atque necessitatis ratio ea suadeat, non est, cur illegitima ea, aut saltem talia, quibus illustris ejusmodi dignitas jure imminuatur aut obscuretur, protinus pronunciemus, aut tantopere dissuadeamus, quæ ineuntur sive cum filiabus sanguine nobilibus, sive cum aliis dignitate & virtute paribus, etiam civici planè ordinis, modò ex familiis sint honestioribus, nec de cætero indignæ personæ, ex Hieron. Imhoff. *de rat. Stat. p. 1. obs. 2. in fin.* Myler ab Ehrenbach. *d. Gamol. c. 5. §. 45. seqq.* Pro indigna autem persona non protinus reputanda est, quam destituit generosa nativitas, utut non destituat generosus animus, & insignia in Rempl. merita, quod arbitrio judicis rectiùs relinquitur. Unde si Comitissa vel Baronissa Doctori, meritis maximè suis illustri aut claro, nubat, eam non posse dici nupsisse indigno, ex Saliceto Menoch. *l. 4. præs. 189. n. 86.* Crus. *de præced. l. 4. c. 31. num. 73.* & B. Dn. Struyk. *in us. ff. mod. ad tit. de Senat. §. 18.* statuere haud verentur: quod vel

exinde

exinde constare, quia Doctores verè sunt nobiles & per omnia nobilibus æquiparantur per *Ord. Cam. p. 1. t. 43. & Ref. Polit. de Anno 1548.* add. alios textt. rectiùs allegatos *supr. th. 3.* probat Dn. Casp. Matth. Müller JCt. Rostoch. *in Diss. de matrim. nob. cum ignob. §. 15.* add. Dn. Burgmeist. in tr. vom Reichs-Adels Staat p. 89. ibi: Sie sollen auch Gräfinnen zu Heyrathen würdig zu halten seyn, dergleichen Exempel woll und zwar erst vor gar wenig Jahren angezogen werden könten. ubi & alios allegat. Exinde, si Princeps imprimis apanagiatus, cui non est nisi tenuis alimentaria provisio, angustiâ rei familiaris, belli ac temporis injuriâ, aut gravi ære alieno pressus, eo condescendere opus habeat, potius est, ut ad eum modum honestiori viâ necessitatibus succurrat, quàm ut ad alia indecora licentiosâ & nimis superbâ mente provolet, præ fastu illo pereat, aut miserè vivat, recte quoque id annotante Dn. Elia August. Strykio *in Diss. de matrim. Stat. c. 2. num. 21.* Inde non pauca occurrunt exempla in domo Austriaca, Bavarica, Hassiaca, Badensi, Brunswicensi & Lüneburgensi aliisque conjugiorum à Principibus cum virginibus uti nobilibus notabiliter initorum, uti videre est apud Reinking. in Bibl. Pol. Ordn. *l. 3. ax. 3. in fin.* Myler. ab Ehrenbach. *Gamol. c. 5. §. 16. seqq.* ita & non minùs cum virginibus civici ordinis contractorum in se haud infelicis planè successûs: Laudat hanc in rem exemplum Stephni Hungariæ Regis, qui è regno ejectus Venetiis Patritii cujusdam ditissimi ex Maurocenorum familia filiam Uxorem duxit, ex eaque filium suscepit, qui postmodum avunculi locupletissimos nactus thesauros eorum ope avitum tandem regnum post Ladislai mortem circa annum 1300. Andreæ tertii nomine obtinuit. Bonfin. *Rer. Hungar. dec. 2. l. 9.* El. Aug. Stryk. *d. l. n. 22.* & Regnoldi Geldriæ Comitis prodigalitate & luxu suo ditiones suas exhaustas possidentis, inopis & obærati hisce suis angustiis ex consilio Archi-Episcopi & Electoris Coloniensis ita succurrentis, ut Berchtoldi à Merchlinia dicti, mercatoris prædivitis filiam unicam Mariam in matrimonium sibi peteret, quæ & ipsi sub certis Conditionibus elocata filiam peperit Isabellam, & de cætero cum eo in optato vixit connubio, quamvis deinde super successione ingens enata fuerit decertatio, uti id enarrat Nic. Betf. *de pact. fam. ill. c. 6. pag. 161. seqq.* colligens exinde non sine incommodo & periculo esse talia imparis conditionis matrimonia, utut urgente necessitate in emolumentum contrahentis Principis & ditionum ejusdem inita: quò pertinent etiam rationes dissuadentes modò in antecessum à nobis indigitatæ & latiùs propositæ à Myler. ab Ehrenbach. *in Gamol. c. 5. §. 1. seqq.* qui & §. 47. eadem modò allata exempla adducit. Alia ejusmodi exempla etiam in fœminis inferioris sortis videre licet ap. Excellentiss. Dn. D. Schweder *in Diss. de matrim. ad merganat. th. 22. & 23.* & prostant etiam nostrâ adhucdum ætate talia

in domo Brunſvvicenſi, & Anhaltina Deſſavienſi, vid. Hübner. *tabb. geneal. 190. in loc.* de Rudolpho Auguſt. *& 236. in loc.* de Leopoldo. Quibus in Caſibus quidem ut plurimum matrimonia illa ſolent celebrari ad morganaticam, dicta die Vermählung zur lincken Hand, eò tendentia, ut in favorem liberorum prioris matrimonii, aut agnatorum, fœmina ita juncta & liberi ex ipſa naſcituri dignitatis mariti aut patris contra juris communis regulam in totum non ſint participes, nec jure ſuccedendi in omnia defuncti bona gaudeant, ſed certis quibusdam pacto illo aſſignatis portionibus & bonis contenti ſint. *2. F. 29.* Dn. Schvveder. *d. l. poſ. 1. & paſſim. ibid.* Myler ab Ehrenbach. *d. l. c. 6. §. 1. ſeqq.* quodipſum tamen legitimitati, ut ita dicamus, matrimonii aut liberorum inde natorum nil planè officit. Myler ab Ehrenb. *d. l. c. 5. §. 54.* laud. Schvveder. *d. l. poſ. 25. ſeqq.* Diximus quod *ut plurimum* id ita fiat. Non enim ſemper matrimonia inter perſonas inæqualis conditionis contrahuntur ſub pacto morganatico, ſed inveniuntur etiam ſimpliciter, & pari cum aliis æqualibus connubiis affectu & effectu inita. Excell. Dn. D. Schvveder. *d. l. th. 22. ſeqq.* & quædam inter modò enumerata exempla id itidem confirmant. Quæ cùm ita ſint in perſonis *illuſtribus* atque Principibus quoad connubia tantis planè paſſibus aut gradibus diſparia, & tamen propterea in ſe non vitioſa, non illegitima, non nulla: id quod latiùs adhuc per plures rationes egregiè conſtabilitur per Reſponſum Juridicum Helmſtad. Menſ. Apr. 1698. in cauſa matrimoniali Principum Albaniæ impertitum, quod exhibet B. Dn. Sam. Stryk. *d. Diſſenſ. ſponſal. Sect. 5. §. 77. ſeq.* multò magis locum invenient in ſponſalibus & matrimoniis *nobilium cum ignobilibus*, quæ legitima omnimodo ſunt & manent æquè ac alia matrimonia inter perſonas non prohibitas cujuscunque ordinis contracta; quod dubium ferè nullum habet, ſi nobiles *antiquæ proſapiæ* cum perſonis *nunc primùm nobilitatis*, aut nobiles *ſanguine* cum perſonis *virtute & Dignitate* nobilibus ſe copulàverint, cùm, uti jam tradidimus *th. 3.* ejusdem ſint commatis, ordinis atque dignitatis: & quamvis magis dubitari poſſe videatur de matrimoniis nobilium cum inferioris ordinis perſonis, veluti ſi civicæ, & ex his planè plebejæ, aut ruſticæ ſint Conditionis, quæ ineuntur; quam in rem maximè quadrant diſſuadendi rationes contra talia Connubia congeſtæ ex aliis à Carpzov. *in Jurispr. Conſ. l. 2. t. 1. d. 9. n. 1. ſeq.* Inter quas non poſtrema in effectu ſuo eſſe videtur illa, quæ ultimo loco *num. 10. ſeqq.* adducta, petita ab incommodis indè ut plurimum ſecuturis, litium nempe & diſcordiarum inter ipſos conjuges ſuboriendarum, & his qui annecti ſolent, infelicium eventuum, malorum quoque quibus premere & fatigare ſolent invidiâ turgidi agnati nobiles plebejam talem conjugem, juxta illud Ovidianum in Ep. 8.

Quam

Quam malè inæquales veniunt ad aratra juvenci
Tam premitur magno conjuge nupta minor.

re ipsa tamen nec hic aliud statuendum esse, quàm in præmissis modò casibus, constat ex eo, quod talis Statûs aut conditionis disparitas & inde quæ subnasci possunt incommoda, utut impedimentum matrimonii contrahendi dissuadens dici queat, nullibi tamen in juribus nostris, s. Divino, s. Gentium, s. Jure Civili communi, s. Canonico s. eo qnod in Recessibus I. R. G. disponitur, s. quod moribus viget, regulariter inveniatur posita pro impedimento sponsaliorum & nuptiarum prohibente, multò minùs pro causa Conjugium jam contractum iterum dissolvente: utpotius experientia quotidiana testetur nobilem ignobili, divitem pauperi, dominum ancillæ & vice versa tali fœdere, valido omninò per jura nostra omnia, nisi quid in aliquo loco specialiter inductum appareat, uti de Daniæ & veteris Saxoniæ moribus refert Cypræus *d. conjug. c. 13. §. 36. n. 7. & in fin.* ex aliis Limn. *in jur. publ. l. 6. c. 5. num. 63.* jungi. Gerhard. *in loc. de Conjugio §. 399.* Carpzov. *in Jurispr. Consist. d. l. 2. t. 1. d. 10.* Struv. *in S. J. C. Ex. 29. th. 28.* & Müller. *ibid in addit. lit. i.* Vitriar. *in univ. J. Civ. priv. ad tit. de nupt. §. 48. n. 4. in fin.* Myler. ab Ehrenbach. *de Gamol. Princ. c. 5. §. 60.* ubi potius tale matrimonium pro ratione circumstantiarum, maximè si res sit angusta domi, opulentiâ ducendæ uxoris, utut ordinis inferioris, omnium optimè erigenda & amplificanda, suadet his verbis: *Tali sanè viro nobili omninò annitendum est, per connubium filiæ honestæ, licet civici Ordinis, præsertim divitis, nobilitatis paternæ decus conservare, ad quod Conjugium ipsa ratio Statûs familiæ necessitat, ne per integram vitam sordescere cogatur.* Casp. Matth. Müller. Prof. Rost. *in Disp. de matrimon. Nobil. cum ignob. c. 1. §. 2.* ubi plures quæstiones huc pertinentes decidit; maximè cùm hæc harum personarum in dignitatis gradu & ordine vel eodem, vel se invicem proximius contingente, nullò alio intermedio gradu inter eos interviente, veluti inter nobiles utriusque sortis, & eos qui sunt in civico ordine merè sic dicto nullus ordo alius intervenit, existentium differentia talem notabilem disparitatem aut inequalitatem non inducat, ut exinde familia nobilis aut illustris reverà possit dici obfuscata, aut splendor ejus quasi obnebulatus, Pfeil. 2. *Cons. 78. n. 161.* Müller. *in addit. ad Struv. S. J. C. d. Ex. 29. th. 28. lit. i.* non magis ac in casibus, ubi vel Reges Principum, vel Principes Comitum, vel Comites inferiorum ordinum filias ducunt, & hoc modo matrimonia contrahunt non minùs valida ac legitima ac illa, quæ cum sui Ordinis personis contrahuntur, *per modò demonstrata.* add. Dn. Stryk. *d. dissens. sponsalit. sect. 5. §. 74.* ubi quod frustra sentiant, qui matrimonium Principis cum Virgine nobili pro nullo reputent, & liberis inde natis jus succedendi in paternas Regio-

nes denegent: quam sententiam sine dubio *sola opinione*, nulla verò *juris ratione* niti asserit, & ulteriùs confirmat supra laud. Resp. Helmst. domui Sereniss. Albaniæ impertito; etiam cum ea Extensione, ut pactum parentum nullatenus valere possit in præjudicium ex inæquali tali matrimonio prognatorum ad totalem exclusionem liberorum illorum à principali e. gr. dignitate, si hereditate abstineant paterna: quod pluribus ibi in dicto Resp. convalidatur ap. Stryk. *d.l.* §. *78.* quod & Scabinaûts Lipsiensis deciso, aliorumque JCtor. Responso egregiè ulteriùs constabilit Richter *p. 3 d. 132. per tot.* Imò ratio in universum non tantùm in Conjuge ex ordine immediatè subsequenti, sed & in illa, quæ ex inferiori per multa interstitia aut planè ultimo sociata est loco atque Ordine, militat ea, quæ depromitur ex nobilitate & dignitate mariti, quâ etiam erigitur, collustratur & resplendescit uxor, utut ex infima & plebeja, s. ex fece plebis, imò rustica planè sorte fuerit ducta, *per texxt. clariss. in l. 8. ff. d. Senat. l. fin. C. d. incol. l. 13. C. d. dign.* Fab. *in Cod. Sabaud. c. 9. t. 28. d. 16. num. 4.* Nolden. *d. Nobil. c. 11. num. 6.* Tiraquell. *d. nobil. c. 18. num. 1. seqq.* Müller. *d. l.* Ziegler. *d. jur. Maj. l. 1. c. 28.* §. *28. sq.* Joh. Volmar. Bechmann. *in Comm. ad ff. tit. d. rit. nupt. in Obs. pract. 38.* ubi quod ex matrimonio Nobilis cum plebeja liberi prognati verè habeantur nobiles, & generi vel familiæ inde nullum fiat præjudicium: & ita pronunciasse JCtos Helmstad. mens. Octobr. Anno 1630. refert Toming. *1. Cons. 8. n. 4.* ubi quod Georg. à Q. avita sua & antiqua feuda à Patre suo Apolline derelicta jure sibi asserat, quantumvis NB. matre rustica fuerit prognatus. add. quæ scribit Carpz. *in Jurispr. Consist. l. 2. t. 1. d. 11. per tot & ab hoc aliisque modò adductis citt.* & ejusmodi exempla matrimoniorum à nobilibus cum rusticorum filiabus initorum per jura nostra nullatenus improbatorum, quamvis deinde singulari Edicto Regis Borussiæ An. 1697. emisso in quibusdam quoad effectus legitimi matrimonii detrahendos in specie ratione successionis in feuda denegandæ restrictorum recensentur ap. Dn. Sam. Stryk. *in Us. Pand. mod. ad tit. de rit. nupt.* §. *7.* verbis Regii Edicti his: Weil Ihro Königl. Majestät in Preußen ein Edict in diesem Hertzogthum publiciren lassen, darinn derjenigen von Adel heyrathen, welche sich mit Bauren, oder anderer Leute, so gar geringen Standes sind, Töchtern verehlichen, pro morganaticis erkläret, auch die von Ihnen gebohrne Kinder von der Lehns-Succession excludiret werden. Qualis restrictio imparis ejusmodi matrimonii quamvis ex justis causis fieri queat, tamen strictè accipi debet, & ultra terminos edicti ad alias filias, quæ non adeò depressæ sortis sunt, minimè extendenda: unde & matrimonium nobilis cum filia bibliopegæ tanquam ex opificibus non abjectæ, sed honestioris conditionis ordo JCtor. Hallensium pro morganatico ibidem vi edicti Regii haud reputavit,

putavit, sed viduæ illi omnia, quæ aliàs viduis nobilium aliis sanguine talibus ex bonis feudalibus in eo Ducatu debentur, attribuere & adjudicare non dubitavit, ibi: Obwohl die Handwercker ordentlich unter geringe Stands-Leute gerechnet werden, ꝛc. auch die Buchbinder denen Handwercksleuten zugerechnet werden müssen: Weil aber dennoch in dem Königl. Edict die Heyrathen mit geringen Stands-Töchtern nicht generaliter verbotten worden, sondern notanter dabey gesetzet welche gar geringen Standes sind, und also dadurch homines abjecta sortis verstanden werden müssen, unter denen Handwerckern auch ein grosser Unterscheid, indem etliche viel geringer sind, als andere, welches ex objecto, damit ein jeder umgehet, æstimirt wird, dann es gibt opificia sordida &c. hingegen der Buchbinder Arbeit so bewandt, daß sie vornehmlich denen Gelehrten, wie auch Fürsten und Herrn bey Auffrichtung stattlicher Bibliothecen zu statten kommen, und also dasjenige, womit sie umgehen zu Beförderung der freyen Künste und der Gelehrsamkeit abziele, so mag daher von denenselben nicht gesagt werden, daß sie gar geringen Stands, weßhalb das Königl. Edict auff sie nicht gezogen, und also das matrimonium, welches der Verstorbene Edelmann mit eines Buchbinders Tochter getroffen, pro morganatico nicht geachtet werden mag. Und weil also gegenwärtiges matrimonium pro legitimo zu achten, so muß auch der Wittwen alles dasjenige aus ihres Mariti Lehn-Gütern, gereichet werden, was sonsten nach dasiger Lands-Ordnung einer Adelichen Wittwen gebühret. Ex his hactenus propositis suâ sponte sequitur, supra rectè negatum esse, nobili sponsalia de cætero quoad omnia sua requisita rectè celebrata implere cum persona ignobili aut inferioris ordinis detrectanti, aut in matrimonio jam actu contracto cohabitare, aut quæ ratione dotis aut donationis propter nuptias præstanda ex necessitate juris incumbunt, præstare recusanti, & potiùs vinculum illud disolvi optanti hanc *nobilitatis Exceptionem Activam* ullo modo profuturam esse: imò potiùs contra talem hoc ex sua parte intendentem & ad dissolvenda sponsalia aut matrimonium agere non verentem militare *exceptionem nobilitatis passivam*, inde vel maximè depromendam & cum effectu allegandam, quod, uti cuilibet bono viro grave esse debeat fidem fallere, *l. 1. pr. ff. de const. pec. l. 1. pr. ff. d. pact.* ita nobilem aut illustrem personam præ aliis deceat *bonam fidem agnoscere*, pacta & conventiones usque quaque servare, à fallaciis & deceptionibus abhorrere & abstinere: & quò quis est illustrior, & in honorum gradu eminentiori constitutus, eò fœdior in eo est fidei violatio. Myler. ab Ehrenbach. *in nomol. Ord. Imp. c. 1. §. 2.* Limn. *in Jur. Publ. l. 6. c. 5. num. 98. in fin.* quod maximè allegandum adversus eum, qui virginem utut inferioris Ordinis sub promissione matrimonii pellexerit, atque

sedu-

seduxerit ad illicitos congressus, quos & imprægnatio secuta. Ad hanc siquidem ducendam officio Judicis etiam invitus compelli debet, nec auditur *excipiens*, se nobilem esse, illam plebejam; potius verò hæc Exceptio *replicatione nobilitatis* eliditur hac: ergò quia nobilis es, tantò magis adimpleas promissa: nullibi enim nobilis exceptus reperitur ab hac usu Consistoriorum quotidie frequentata juris regula, quod stuprator sub promissione matrimonii stupratam præcisè ducere teneatur, perinde ac qui publicis sponsalibus sponsus existit. *d. jur. connub. p. 1. c. 18 in fin.* Carpzov. *in Jurispr. Conf. l. 2. t. 14. d. 228.* Et in casu converso, si nobilis virgo à viro ignobili aut sortis planè abjectæ eo modo imprægnata petat, matrimonii promissionem adimpleri debere, & ille objiciat stupratæ *exceptionem nobilitatis passivam*, quasi nobilis fæmella propter nobilitatem cum plebejo non possit copulari, vana & frustranea esset hæc oppositio, tum quia hæc hypothesis falsa, *uti ex ante dictis patet, & ex infra dicendis ulteriùs patebit*: tum quia fœmina nobilis plebejo juncta, quamvis exinde non desinat nobilis genere aut sanguine talis, quia connata hæc qualitas intimiùs personæ insidet, & quamdiu hæc superest, perdurat cum ipso sanguine, dignitatem tamen participatam, & jura inde manantia cum prærogativis statûs & conditionis pristinæ perdit, dum plebejo se jungit, & inde plebeji jam incipit esse ordinis, ex qua ratione etiam tali fœminæ ortu nobili, sed ignobili nuptæ ejusque filiabus jus retractus nobilibus immediatis competens negat Fac. Jurid. hujus Univ. ap. B. Dn. Harppr. *Conf. 83. n. 490. cum plur. alleg.* Textus ita ferè distinguens est *in l. 10. C. d. nupt. l. 1. C. d. dignit.* Faber. *in Cod. Sabaud. tit. d. dign. n. 17.* Stryk. *in usu mod. tit. d. Sen. §. 9 sq.* Christ. Matth. Müller. *Dissert. de matr. nob. cum ign. §. 14.* perinde ac in contrarium plebeja nobili juncta hujus nobilitatis particeps redditur, cùm uxor non possit non conditionem mariti de jure nostro sequi *l. 8. ff. de Senat.* Ziegler. *d. jure majest. l. 1. c. 28. §. 28. sq.* ubi insimul notat quorundam populorum contrariam consuetudinem, quâ etiam plebejus maritus ex conjugio fœminæ nobilis illius nobilitatis particeps fieri dicitur Nolden. *de Stat. Nob. cap. 10. n. 12. sqq.* secus ac jura & mores Germaniæ secum ferunt. Unde notabile hanc in rem nobis in promptu est exemplum, quod fermè ante quadraginta annos occurrit, ubi Regium Consistorium Gryphiswaldense opilionem, qui fæmellam nobilem sub pollicitatione matrimonii stupraverat, recusantem huic consociari, invitissimum rectè coëgit, & ad altare deduci jussit, ut promissa ibi adimpleret, & cùm in Sacerdotali copula adhucdum repugnaret annuere, wolte das Ja wort nicht von sich geben, Sacerdos nomine ejus fidem dare, & manus jungere jussus erat, quod & factum, & postea in concordi matrimonio ambo vixere. Hoc tamen negandum non est, quod certis in casibus inæquale

quale tale matrimonium inter nobiles antiquâ prosapiâ tales ex una parte, & ex altera parte nobiles novos aut virtute aut dignitate tales, aut inferioris ordinis contractum hoc incommodi secum vehat, ut liberis ex hoc conjugio natis viam præcludat veniendi ad certas quasdam prærogativas, quibus aliàs alii nobiles ex utroque parente tales gaudent, veluti in torneamentorum ludis equestribus, ubi non admittuntur, nisi qui ex utroque stemmate nobili prognati, & nobilitatem ex quatuor avis paternis ac maternis genere nobilibus laudare ac probare possunt, welche Vierschiltig seyn, oder beweisen können, daß sie von 4. Vätterlichen und Mütterlichen Adelichen Ahnen gebohren und herkommen. Limn. *in Jur. publ. l. 6. c. 5. n. 50. sqq.* Rhet. *d. jur. publ. l. 1. t. 19* §. *8.* Knipschild. *d. fideic. fam. ill. c. 7. n. 57.* Müller. *in not. ad Struv. S. J. C. Ex. 29. th. 28.* Quam in rem extat, quod disponitur, in der Turnier-Ordn. zu Magdeburg. *Anno 1434.* ibi: Ob ein Turnier-Genoß eines Burgers Tochter oder eine Bäurin zu einem ehelichen Bettgenossen nehme, der mag mit Recht, dieweil Er lebt, ungeschlagen oder ungestrafft den Turnier nicht gebrauchen, auch deroselben Kinder von der Weiber einem gebohren, und ihre Kinds-Kinder biß ins dritte Glied. Georg. Rüxner. im Turnier-Buch. *tit.* von Verkündigung. §. und ob ein Turnier-Genoß. *fol. 20.* Cujus Authoris notabiles errores tamen ex Goldasto & aliis redarguit Limn. *d. l. n. 15. sqq.* & Janus Dousa, *l 8. Annal. Holland. p. 395.* Ipsos illius ordinationis articulos verò exhibet & de authore disputat Limn. *d. l. n. 7. sqq. plur.* eosque penitiùs explicat *n. 85. sqq.* Sed de modò memorati articuli rigore moderando in conventu Anno 1485. Bambergæ à Franconicæ Nobilitatis deputatis celebrato consultatum & inter cætera temperamenta & hoc adductum fuisse: Welcher aus einem Turniers Geschlecht eines erbahren Burgers fromme unverläumte Tochter, von denen Geschlechten oder Erbahren aus denen Städten nehme, um seiner Nahrung und Auskommens willen seines Stammens, doch daß die Ihme unter 4000. fl. nicht zubrächte, deme soll man es nicht verargen, Ihn und seine Kinder reiten lassen, doch mag man Ihn schlagen; welcher aber innerhalb 50. Jahren erst zu Turniren zugelassen wäre, wo sich der ausser dem Adel verheyrathet hätte, den, noch seine Söhne, soll man nicht theilen, es wäre dann Ihm darinn worden ein mercklichs Guth, als 10000 fl. so soll man es güthlich dulden, und mit Ihnen halten, wie vor: annotatum reliquere Limn. *in addit. ad Jus publ. l. 6. c. 5. num. 62. jung. n. 1. sqq.* ubi & plura notabilia congessit: Myler. ab Ehrenbach., *in Gamol. c. 5. §. 38. & 39. & plures ab his citt.* Pari modo nec admittuntur ex tali impari matrimonio nati ad Collegia Canonica superiora aut cathedralia, zu Fürstl. hohen Stifftern, in quibus etiam juris & moris est, ut non solum

nemo, nisi Princeps, Comes aut Nobilis; sed nec hic quidem aliter, nisi 4. generationes Nobilitatis probare possit, recipiatur, post plures alios Myler. ab Ehrenbach. *d. l.* §. *40.* Müller ad Struv. *d. l. in fin.* Nolden. *de Stat. nobil. c. 11. num. 28. sqq.* Plures adhucdum casus exemptos, ubi quoque tales ad Conventus aut collegia certa non admittuntur, nisi sint, uti loquuntur, perfectissimæ nobilitatis & longâ majorum serie ex utroque latere nobiles, recenset Nolden. *d. l. n. 29. seqq.* Zoll. *de promiss. generos. fide vall.* von *Cavaliers parole c. 2. n. 44. & alleg.* Quomodo verò & quâ actione quis hanc nobilitatem contra negantes, & à tali prærogativa eum excludere tentantes sibi asserere queat, id addiscere licet ex iis quæ scribit Schwendendorff. *in summar. act. forens. expos. & quid. in spec. exp. c. 2. membr. 4. art. 23.* ubi præjudicialem actionem utilem ex mente, tum *Nobilitatis Affirmativam* competere docet sub hac formula: Kläger bringet vor daß Beklagte ihn vor keinen von Adel halten, und dahero nicht verstatten wollen, daß er des Nahmens und des Wapens derer von N. gebrauchen möge, da er doch seinen Adel von Eltern und Groß-Eltern gnugsam beyzubringen hat, solcher auch in notorietate bestehet, und niemahls in Zweiffel gezogen worden: Maßen dann auch Kläger bey dem hohen Stifft zu N. da keine, als rechtschaffene von Adel und hochgraduirte Persohnen recipiret werden, ohne eintzige Widerrede inscribiret, und endlich als Canonicus installiret worden. Ist dannenhero verursachet worden, Klag anzustellen, und bittet nach erfolgter Antwort zu erkennen, daß beklagte Klägern vor einen rechtschaffenen von Adel zu halten, und alle Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig, und er demnach so wohl des Nahmens als des Wapens des Geschlechts von N. sich zu gebrauchen wohl befugt. Et ibid aliâ: Daß Beklagtes Dom-Capitul Klägern als einen von Adel, gegen Erlegung der gewöhnlichen Statuten-Gelder zu recipiren, ꝛc. schuldig: tum etiam *actionem nobilitatis negativam*, *respectivam* illam quæ huc pertinet, quando nobilitas non simpliciter negatur, sed saltem *nobilitatis qualitas*, veluti, wann er von Vatter und Mutter nicht vierschiltig ist, contra eum, qui pro tali se gerit, negatur, libellô hanc in rem ita instructô: Klägere sagen kürtzlich, wie daß vor etlichen Wochen eine Zusammenkunfft derer ins Amt N. gehörigen von Adel wegen allerhand Angelegenheiten gehalten, dabey Beklagter sich eingefunden, und ist auch durch Vermittelung des Directoris, jedoch ohne Consequenz, zugelassen worden, ungeachtet bey solchen Versammlungen vormahls kein ander admittiret worden, als welcher seinen Adel von denen Ahnen Vätterlicher und Mütterlicher Linien gnugsam beybringen können: Beklagtens Groß-Mutter aber, wie notorium, aus Bürgerlich und nicht Adelichem Stande gewesen:

sen: Seynd dahero Klägere durch beklagtens Beginnen zu dieser Klage bewogen worden, und bitten nach erfolgter Antwort zu erkennen, daß Beklagter der Adelichen Versammlungen in dem Amt N. sich hinfüro zu enthalten, ꝛc. schuldig. Id. *d. l. art. 24.* Quæ omnia tamen, quia jure singulari saltem ita obtinent, Statutis & Ordinationibus singularibus, aut moribus particularibus ita inducta, ultra non valent, quàm quatenus intra ista sua pomœria se continent, quò pertinet vel maximè *Instr. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 17. in fin.* ubi quod Nobiles, Patricii, gradibus Academicis insigniti, tanquam personæ idoneæ, à Canonicatibus sive Collegiis Ecclesiasticis non debeant excludi, NB. nisi fundationes adversentur. De cætero verò quod apparet, nec veræ nobilitati, nec statui matrimoniorum legitimo quid derogant aut detrahunt: quamvis prudentiùs tutiusque & sibi suæque familiæ conducibiliùs, dum ejusmodi & multa alia incommoda faciliùs evitare aut avertere à se suisque possit, agat, si observet supra jam adductam regulam: *Si vis aptè nubere, nube pari;* id quod pluribus adhucdum rationibus evidenter demonstrari & convalidari posse adnotat post Reusnerum, Alb. Gentilem, Cypræum, Arnisæum, Cluverium, Limn. *d. l. n. 62. seqq.*

XI.

Hæc de nuptiis. Sequitur 2dus modus patriam potestatem constituendi, qui est in legitimatione per subsequens matrimonium. Hîc si nobilis concubinæ loco cum aliqua plæbejæ conditionis consuevisset, liberis ex eadem ipsi natis, tandem eam in conjugem legitimam sibi sacerdotali benedictione eo quo decet modo copulari facit, mortuô patre nobili vel liberi legitimè nati, vel qui alii sunt ab intestato successuri hereditatem eam in totum sibi, exclusis liberis per subsequens hoc matrimonium legitimatis, vindicant, liberi hi verò admitti ad successionem eam prætendunt, perinde ac liberi legitimè nati in bona & allodialia per *Nov. 74. in præf. & Nov. 89. c. 8. in pr.* & etiam quoad feudalia, secundum id quod hodie communiter recepti moris est, per ea, quæ scribunt de generali moderna Consuetudine quoad feuda Schrader. *p. 7. v. 5. num. 21.* Rosenthal. *d. feud. c. 7. concl. 18. n. 1. sqq.* Schurff. *Cent. 2. cons. 56.* Finkelthus. *D. Feud. 6. th. 13.* Struv. *in S. J. F. c. 9. aph. 8. n. 12.* Gail. *2. O. 141. n. 2.* Mynsing. *5. O. 42. n. 2.* Gulich. *in Obs. ad* Mynsing. *d. l.* & Fabric. *in rep. Gail. d. l.* qui receptiorem hanc sententiam vocant, quam & probat in eo Casu, quo feudum acceptum vor sich und seine ehliche gebohrne Mannliche leibliche Lehens-Erben B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. ad tit. de his qui sui vel al. jur. th. 28. & in Diss. de legit. per subs. matr. th. 37.* quamvis veritati juris quoad feuda contrariam magis convenire asserant Bachov. *ad Treutl. 1. D. 2. th. 6. lit. f.* Wesenb. Vult Niell. & alii

quos hanc in rem adducit Fabric. *d. l.* Gulich. *d. l.* Goſwin. ab Esbach. ad Carpz. *P. 3. C. 28. Def. 17. num. 4.* Ludwell. *in tract. d. ſucceſſ. feud. c. 2. §. 2. p. 167.* quæ negantium ſententia claro videtur niti textu *2. F. 26. c. 1. §. Naturales.* Latiſſimè Bitſch. *in Comment. Feud. ibid.* Exc. Dn. D. Schweder. *in Diſſ. d. lib. inſcio patre legit. th. 23.* Exc. Dn. D. Majer *in Comm. Jur. Feud. c. 6. §. 15.* Quæ ſententia ſine dubio obtinet ubi Conſtitutionibus quorundam locorum legitimati per ſubſequens matrimonium à feudis arcentur Fabric. *d. l. in fin.* uti & in ſpecie in Ducatu Brunswicenſi & Luneburgenſi Wolffenbytano eam expreſsâ conſtitutione receptam tradit Hahn. ad Weſ. *ad tit. d. his qui ſui vel al. jur. n. 3. ad verb. per ſubſequens matrimonium.* & de Ducatu Magdeburgenſi Dn. D. Schweder. *d. l.* & B. Dn. Stryk. *in not. ad Schüz. voc. Conſuetudine* de Ducatu Magdeburgio & Marchia. Cùm verò uti dictum, praxis Germaniæ communior receptiorem eam ſententiam obſervet, teſtibus Goſwin. ab Esbach. *d. l. in fin.* & aliis etiam aliàs diſſentientibus; prout & Ludw. *d. l.* monet, à communiori ſententia nec in reſpondendo, nec in judicando recedendum eſſe; imò in omnibus ferè Europæ regnis idem uſu obtineat, quod multis exemplis & authoritatibus ſuffulcit Myler. ab Ehrenb. *in Gamol. Princ. c. 24. §. 2.* etiam in feudis, quæ vocant, titulatis & regalem dignitatem annexam habentibus. id. *d. l. §. 2. & 3.* ubi quod & in perſonis illuſtribus hoc procedat, modò non penitùs abjectæ ſortis ſit talis concubina, quam Princeps ſibi junxit. B. Dn. Stryk. *in Uſ. mod. ad tit. d. his qui ſui vel al. jur. §. 9.* Rationem reddunt, quod vilitas ejusmodi concubinæ multum quidem detrahat illuſtrium liberorum exiſtimationi, legitimationi tamen in ſe nihil officiat. Covarruv. *d. matrim. p. 2. c. 8. §. 2. n. 9.* Myler. & Stryk. *dd. ll.* Satis jam patere cenſemus, adverſus hereditatem petentes integram liberos ita legitimatos tutos omninò eſſe per jura noſtra ita communiter recepta, oppoſitâ *Exceptione legitimationis & nobilitatis* tanquam optimè fundatâ. B. Dn. Lauterbach. *in Diſſ. d. legit. per ſubſeq. matr. th. 18.* ibi: Quis unquam fando audivit, inter nobiles & ignobiles non eſſe jus connubii. Et ſtolidum omninò judicat Bachov. dubitare an per hoc matrimonium liberi legitimentur: quomodo enim patris nobilitas huic legitimationi poſſit eſſe impedimento? & ita per omnia Germaniæ & Italiæ collegia in omnibus Conſiliis fuiſſe concluſum ex Matth. Weſenb. *conſ. 44. num. 75.* refert, nullâ quoque admiſſâ hîc differentiâ inter Jus Civile & Canonicum id. *d. l. in fin.* & hoc ex aliis adhuc quoque conſtabilit Nolden. *d. Stat. nob. civ. c. 11. num. 88. ſeqq.* Caſp. Matth. Müller. *in Diſſ. d. matr. nob. cum ignob. §. 9. & §. 12. in fin.* quod tanto magis extra omnem addubitationis aleam eſſe videtur, quanto certius eſt, filium naturalem patris etiam illuſtris per ſubſequens matrimonium legitimatum participem quoque fieri regula-

regulariter dignitatis, armorum & insignium istius familiæ Bocer. *de regal. cap. 2. num. 29.* Theod. Höpping. *de jur. insign. c. 7. num. 161. seqq.* Myler. *in Gamol. d. c. 24. §. 2.* Stryk. *in Us. mod. d. §. 9.* adeô ut etiam jure primogenituræ & majoratûs præ liberis ex eadem uxore legitimè deinde natis dignus rectiùs judicetur, per ea quæ latè defendit Myler. ab Ehrenbach. *d. l. §. 5. sqq. & ab hoc ibid. alleg.* ubi tamen & dissentientes citat *§. 6. in fin.* ut adeò & hoc respectu si legitimatus ab aliis & ab hac prærogativa vellet excludi, ei competeret Exceptio nobilitatis, & alterius illustrioris dignitatis & primogenituræ eodem nomine eodemque gradu competentis.

XII.

Nunc tertio de modo patriam potestatem constituendi per adoptionem. Plebejus à nobili adoptatus an nobilis fiat? inter DD. non convenit. Distinguendum censemus inter Jura *Justinianea*, & *moderna*. Quod ad *illa* attinet, interest omnino quomodo fiat Adoptio. Si adoptio ab *extraneo* aut eo qui non est ex numero ascendentium facta, quia non confert jus patriæ potestatis nec agnationis, nec familiæ jus, unde & *imperfecta*, aut *minus plena* audit, sed saltem jus succedendi ab intestato in bonis patris adoptivi adoptato tribuit. *§. 2. J. d. adopt. l. 10. §. 1. C. eod.* quod quidem contra comm. DD. opinionem negare veriti non fuerunt Arum. *in Exerc. ad Instit. 2. thes. 20.* & Wissenbach. *in Disp. ad Instit. 6. thes. 34.* nullum est dubium, quod hæc nobilitatem non conferat, in quo ad unum ferè omnes conveniunt. *per l. pen. §. 2. in fin. C. de adopt.* Strauch. *in Jur. Inst. univ. Diss. 4. thes. 18. & ibid.* Dn. Thomas. Ekhold. *ad tit. d. adopt. §. 3. & ibid.* Schvvendendorff. *in not.* B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad tit. d. adopt. th. 10. in fin.* Excellentiss. Dn. D. Majer. *in Comment. ad Inst. §. 11. p. 228.* Si verò *arrogatio*, aut *adoptio* in specie sic dicta, *plena*, ab eo qui est in numero ascendentium veluti avo materno facta, quia hæ adoptionis latè sic dictæ species eum effectum post se trahunt, ut adoptatus & arrogatus plenè transeat in adoptantis familiam & potestatem unà cum liberis suis *§. 11. I. eod. l. 2. §. f. l. 15. pr. l. 40. pr. ff. eod. l. 195. §. 2. ff. d. V.S.* & ita ratione familiæ ejusdem arrogatoris aut adoptantis ascendentis omnia agnationis jura *l. 23. ff. l. f. pr. & §. f. C. eod.* omnemque dignitatem & nobilitatem, ejusque gentis insignia consequatur. *l. 35. ff. d. adopt. l. 5. l. 6. l. 10. ff. d. Senat. l. 1. §. 4. ff. und. cogn. l. 4. Cod. d. decur.* exinde non potest non statuminari, hisce modis adoptatum per hæc jura nostra omninò fieri nobilem. Locamer. *in Disp. Novo-Just. ad tit. de Adopt. qu. 4.* Arum. *d. disp. 2. th. 21.* qui quidem simpliciter de omni adoptione etiam minùs plena id statuunt, Treutl. *1. D. 2. th. 10. lit. a & ibid.* Bachov. Höpping. *de jur. insig. c. 7. §. 5. num. 263.* Wissenbach. *ad ff. p. 1. d. 4. th. 35.* Hahn. *ad Wes. tit. d. adopt. n. 6.* B. Dn. Lauterbach. &

Excellentiſſ. Dn. D. Maj. *dd. ll.* Dn. Titius *in Jur. priv. Rom. Germ. l. 6. c. 13. §. 18.* & *l. 8. c. 7. §. 13. in fin.* Diſſentiunt tamen Bonus Curtilius, *in tr. Nobil. p. 4. col. 3.* quem allegat & ſequitur Tiraqu. *de Nobil. c. 15. §. 6.* quamvis fateatur hoc quod taliter adoptatus ex nobilitate adoptantis non nihil illuſtrior fiat, Dn. Thomaſ. *ad Strauch. d. Diſp. 4. th. 18.* Dn. Phil. Reinh. Vitriar. *in Jur. Un. l. 1. t. 3. d. adopt. num. 10.* Schvvendend. *ad Eckhold. ad tit. d. adopt. §. 3.* & B. Dn. Stryk. *in Uſ. mod. ff. ad d. t. §. 8.* in medio id relinquit, dum ſcribit: *Quicquid ſit de Jure Romano.* Præcipua, quâ hi nituntur, ratio eſt, quod jus nobilitandi privatis non competat, multoque minùs horum libero & indiſcreto arbitrio conceſſum intelligi debeat: quæ tamen ratio parùm videtur ſtringere, quia hoc modo nobilitas illa non tam â privato defertur, quàm potiùs ex legis, factum illud privati ita qualificantis, authoritate & conceſſione, quæ vult omnia arrogatoris & adoptantis aſcendentis jura in taliter adoptatum tranſire. Joh. Ott. Tabor. *ad Weſ. Diſp. 1. qu. 36.* perinde ac olim ſervi ex manumiſſione Dominorum Jus Civitatis Romanæ, quod etiam arbitrio privatorum non poterat concedi, conſequebantur, ſed non aliter quoque ac ex beneficio legis hoc indulgentis. *§. ult. l. de libert. l. 17. ff. de Stat. hom. Nov. 78. c. 1.* poſt alios Dn. D. Majer. *in Comm. ad Inſt. d. l. p. 228. in fin. & ſeq.* Quod verò ad *Jura moderna* attinet, ſentimus meritò cum illis, qui ſtatuunt, hodie ex adoptione ſola in ſe conſiderata plebejum, aut eum, qui hactenus inter ignobiles extitit, adoptatum à nobili nobilitatem non conſequi, non rantùm ex ea ratione, quia nobilitas genere talis tantummodo pertinet ad procreatos veluti per traducem ex ſanguine ejus, cui collata nobilitas Tiraqu. *d. l. §. 6.* ſed & ex ea, quia jus nobilitatem conferendi in Imperio noſtro eſt reſervatum Imperatoris, quod propterea nemini competit, niſi cui ipſe conceſſit, ut adeò ex voluntate privatorum, adoptantis & adoptati, hujusve patris, ſi quem habet, non dependeat. Dn. Thomaſ. *ad Strauch. d. th. 18.* Dn. Titius, *d l. 8. c. 7. §. 13.* Struv. *in S. J. C. Ex. 3. th. 65. & ib.* Müller. *in addit. lit. a.* & ibid. Dn. Lib. Bar. à Lyncker. *in analect.* B. Dn. Stryk. *in uſ. mod. ad tit. de adopt. §. 8.* B. Dn. Maurit. *de Nobil. Germ. th. 24.* laud. Dn. D. Majer. *ad Inſtit. d. p. 229.* Hæc ſententia verò rectiùs *limitatur*, niſi ad adoptionem eam Principis, aut illius, qui jure nobilitandi gaudet, *ſpecialis authoritas* & *confirmatio atque expreſſus Conſenſus* de jure nobilitatis, & gentilitiorum inſignium in adoptatum transferendo acceſſerit. Tunc enim nobilitatem in adoptatum tranſire non Jure adoptionis ut talis, ſed Principis beneficio atque voluntate ſpeciali adoptionem eam ita quaſi impregnante B. Dn. Stryk. *in Uſ. mod. d. §. 8. fin.* Dn. à Kulpis. *in Diſſ. de adopt. & emanc. Princ. c. 4. th. 52. in fin.* ubi quæſtionem ſimilem de adoptione Principis, aut Comitis plebejum adoptantis, an dignitatem ſtatumque Principis,

aut

aut Comitis taliter adoptato ttibuat? proponit, & non dissimili modo decidit, quod nempe in Imperio nostro Germanico *privata* Principis adoptio dignitatem Principis non conferat, benè verò *publica*, quam vocat, quæ Cæsaris authoritate & confirmatione speciali nititur, & fortassis quoque agnatorum consensu: præterquam *si Princeps est superiorem non recognoscens.* Hujus etenim adoptantis solam voluntatem haberi debere pro mensura jurium ex adoptione quærendorum, ita ut, si plena sit, & patriam potestatem constituat, ac in familiam adoptantis adscititium filium trahat, connexa quoque patris dignitas inde in eum juxta rigorem juris derivetur, dubitandum non esse arbitratur; de cætero verò ibidem quoque sollicitus est & valde operosus in recensendis variis Doctorum opinionibus & distinctionibus, quibus uti solent in quæstione hactenus à nobis discussa: *an ignobilis à nobili adoptatus fiat nobilis?* Aliis nempe *indistinctè* eam *affirmantibus*: Eybenio, Rickio, Frizio. Aliis *indistinctè negantibus*; Bachovio, Tiraquello, Hilligero, Feltmanno. Aliis *distinguentibus*, & quidem iterum *variè*: nonnullis inter *adoptionem* & *arrogationem*, uti Reinkingio (huic etiam jungimus Dn. Assess. Schrag. *in introd. ad ff. tit. de adopt.* §. *16.* qui pariter statuit, probabiliter asseri, etiamnum hodie nobilitatem aliamve dignitatem per arrogationem, authoritatem Principis quæ ad validitatem sui omninò desiderat, arrogato conferri, quia dum summus Princeps, vel is, qui jure nobilitandi gaudet, in arrogationem illimitatè consentit, censetur quoque in omnes ejus effectus consensisse: quod secus in *adoptione*, quæ saltem magistratûs intermedii, jure nobilitandi non instructi authoritate nititur:) Aliis distinguentibus inter adoptionem *ab extraneo*, & ab *Ascendente aliquo*, & cum hac posteriori arrogationem conjungentibus: Hahnio, Treutlero, Feschio. Nonnullis discernentibus in ipsa nobilitate *Gentem* & *Genus*: veluti Cujacio, de quibus omnibus vid. Kulpis. *d. l.* & DD. allegati, singuli suis in locis adcitatis. Nostram verò sententiam distinguentem inter tempora *Juris Justinianei*, & tempora *nostra*, s. *moderna*, probat etiam Huber. *in Digress. Justin. l. 2. c. ult.* Plebejus itaque à nobili, tali adoptione, quæ nobilitatem ei jure conferre potens est, adoptatus, post eam adoptionem se gerit pro nobili, & quidem tanquam tali, qui est de gente & familia adoptantis, hujusque adoptivi parentis nomen, arma & insignia gentilitia gerere sustinet: qui sunt de ista familia id ægrè ferunt, eique ex supposita veritate generalioris illius asserti, per nullam adoptionem hodie conferri nobilitatem, id inhibitum volunt: instituentes propterea adversus hunc adscititium filium actionem præjudicialem utilem ex mente, *nobilitatis scil. negativam*, absolutam illam, quâ nobilitas simpliciter & in totum negatur, quam brevitr delineatam nobis exhibet Schvvendendorff. *in summar. action. forens. Expos. in expos. spec. c. 2. membr. 4.*

art. 24.

art. 24. libellô hanc in rem appositè & in terminis terminantibus ita conceptô: p. p. Kläger kan ohnerinnert nicht lassen, wie daß Beklagter sich unterfangen, vor einen von Adel des Geschlechts von N. sich auszugeben, daher er nicht allein des Zunahmens, sondern auch des Wapens sich angemasset, und zwar aus dieser Ursache, weil er von N. adoptiret, und zum Sohn angenommen worden: da er doch wissen und daher sich bescheiden soll, daß durch die Adoption der Adel-Stand nicht erlanget wird: damit nun durch Beklagtens Beginnen Klägern und denen andern Geschlechts-Verwandtens nicht etwan einig Præjudiz möge zugezogen werden, so bittet er, denselben nach erfolgter richtiger Antwort, durch Urthel und Recht dahin anzuhalten, daß Er so wohl des Geschlechts Nahmen derer von N. als auch des Adelichen Wapens sich zu enthalten schuldig. desuper implorando &c. Ad hanc actoris intentionem & actionem elidendam potest taliter adoptatus, de *Jure Justinianeo*, si adoptio *plena*, & imprimis *arrogatio* interveniat, de Jure *moderno*, si *specialior Cæsaris voluntas*, *approbatio*, & *consensus* de jure nobilitatis & gentilitiorum insignium in eum devolvendo accesserit, objicere *nostram nobilitatis exceptionem:* se jam esse nobilem, & in specie de gente & familia parentis adoptivi. Et probato hoc ipso quod talis intervenerit modus, unde nobilitas sequitur, sententia pro eo absolutoria ferri debet: Daß Klägers Suchen nicht statt habe, und Beklagter vor einen von Adel des Geschlechts von N. zu halten, auch derselbe bey dem Gebrauch, so woll des Nahmens als des Wapens vorermeldten Geschlechts billig zu lassen. Contra verò si adoptio facta istis requisitis instructa non fuerit, unde nobilitas sequi possit, condemnatoria pronunciabitur hæc: Derowegen Beklagter vor einen von Adel des Geschlechts von N. nicht zu halten, und seines Vorwendens ungeachtet, so wohl des Nahmens als des Wapens sich zu enthalten schuldig. vid. Schvvendendorff. *d. l.* Hæc verò Exceptio an etiam proficiat huic filio adoptivo in casu, ubi agitur in specie de facultate succedendi in feuda, quæri hic quoque meretur. Et est omninò tralatitii Juris, filio adoptivo, ut tali, regularitèr jus non esse succedendi in feuda *2. F. 26.* §. *adoptivus* Feuda enim sanguini dantur, non quidem omni, cùm spurii & naturales non succedant, *d. 2. F. 26.* §. *natur.* sed soli sanguini, id est non nisi sanguini, & iis, qui ex sanguine & corpore primi acquirentis per lineam masculinam legitimè prognati, *2. F. 31. in fin.* quos solummodo nomine sanguinis domino feudum danti venire, ex formula illa: Für Ihn und seine Mannl. Leibs-Lehns Erben, vel maximè constat. vid. Cujacius contra Hotomannum istam formulam carpentem disputans *1. F. 1.* & ex eo Winziger. *in ad notat. ad Ex. Jur. Feud. Stryk. c. 15. quæst. fin.* ubi sanguinem per familiam, stirpem generosam & fortem aliquam explicat, & opponit iis, qui

qui sunt extra familiam illam, de quibus non cogitasse censetur. Dn. Jac. Frid. Ludovici *in Colleg. Jur. Feud. disp. 5. th. 28.* ubi filios adoptivos quidem posse dici Lehns-Erben, tanquam habiles ad servitia, sed non Leibs-Lehns-Erben, cùm in his in Ordine ad primò investitum deficiat nativitas sive ex corpore ejus procedens generatio, & sanguinis propagatio legitima. At verò sanguinem aut jus sanguinis, à natura quod dependet, adoptio quæ quidem imitatrix est naturæ, attamen non agit nisi per fictionem, nec efficit ut omnia sint naturalia B. Dn. D. Bardili, *in nucl. Jur. Feud. aph. 14. num. 7.* conferre potens est vel minimè *l. 23. ff. de adopt. l. 7. ff. de in jus voc. l. 12. §. fin. ff. d. rit. nupt.* vid. B. Dn. D. Lauterbach. *in Colleg. ad ff. tit. de adopt. §. 10.* & si in adoptivum devolveretur feudum invito Domino ex alia familia obtruderetur Vasallus contra textum *2. F. 12.* & vergeret in præjudicium agnatorum, qui secundum primi acquirentis investituram sunt vocati. Struv. *in S. J. F. c. 9. aph. 2.* Stryk. *in Ex. Jur. Feud. c. 15. qu. ult.* Dn. D. Majer. *in Comment. Jur. Feud. c. 6. §. 16.* Dn. Vitriar. *in Un. Jur. Civ. priv. ad tit. de adopt. th. 10.* ubi quod id successione feudali nomine filiorum aut liberorum adoptivi non comprehendantur, cùm substrata materia exigat naturales & legitimos simul. Unde jam sua sponte sequitur, si adoptivus filius eum excludere à successione feudali intendentibus liberis legitimè natis aut agnatis objicere vellet hoc: *Ego tamen etiam filius sum legitimus, & nobilis factus per adoptionem:* hanc exceptionem ei parum profuturam. Quia verò regulæ, de feudali successione adoptivo deneganda modo allatæ, variæ proferuntur exceptiones, inter quas est 1. quando cum arrogatione aut adoptione concurrit jus naturale B. Dn. Bardili *d. l. n. 7. lit. a.* qui casus contingit, si adoptatur is, qui aliàs ad succedendum in feuda non est in se inhabilis, veluti si filius emancipatus ab *avo paterno vel patre*, Bachov. *ad Treutl. 1. d. 2. th. 10. lit. B.* ex aliis Exc. Dn. D. Majer. *in comm. Jur. feud. c. 6. §. 16. p. 295.* aut nepos ex filia *ab avo materno*, si feudum est fœmineum ex Jacob. D. Ardiz. Andr. de Isernia & Alvar. Rosenthal. *de feud. c. 7. concl. 30. num. 36.* quamvis hæc exceptio hoc dubii habeat, quod adoptio hæc respectu feudi nil videatur operari, cùm & absque ea is successurus fuisset, quod & ipsum Alvar. agnoscere notat Ludvvell. *in Syn. Jur. feud. c. 8. p. 208. n. 5.* 2. Si Arrogatio aut adoptio facta fuerit authoritate & consensu Principis eâ lege, eove modo, ut & in feudis adoptivus succedat, Brautlacht. *in Epit. Jur. publ. l. 2. c. 4. §. 7.* Bald. *ad 2. F. 26. §. adoptivus.* Bitsch. *in Comment. ibid.* B. Dn. Bardili, *d. l. lit. b.* Rosenthal. *d. concl. 30. n. 38.* Sed nec hanc exceptionem locum suum tueri posse, quia ne summus quidem Princeps alteri jus suum jure aufferre potest *l. 7. C. d. prec. Imp. off. l. 2. ff. ne quid in loc. publ. C. Quamvis de rescr. n. 6.* Rittersh. *in partit. feud. l. 13. qu. 5. sq.* Ludvvell. *d. l. n. 3.* unde quoque

nec adoptatum ab avo parterno cum Principis consensu in præjudicium proximiorum agnatorum feudum ex pacto & providentia, quod dicitur, obtinere posse cum Casp. Ant. Thessauro, *l. 1. quæst. for. 100.* statuit Reinking. *d. R. S. & E. l. 1 cl. 5. c. 11. n. 34.* Sicubi verò & agnati proximiores consentirent, nullum est dubium, quin & adoptivus talis in feuda rectè succedat, cùm volentibus nulla fiat injuria, Gothofr. Anthon. *in Disp. feud. 5. th. 6. lit. C.* B. Dn. Stryk. *in Ex. Jur. feud. c. 15. qu. ult.* Et 3. si pacto id actum, vel consuetudine receptum sit, ut & filius adoptatus perinde ut naturalis & legitimus simul successionis feudalis capax esse debeat, *per 2. F. 28.* & quia maxima vis est tum pactorum, tum consuetudinum, quæ dicuntur dominari in feudis Wesenb. *d. feud. c. 6. n. 13.* Rittershus. *d. c. 13. qu. 5.* Rosenthal. *d. feud. d. concl. 30. n. 35. seq.* Ludvvell. *d. p. 207. n. 1.* B. Dn. Bardili, *in nucl. Jur. feud. d. c. 14. num. 7. lit. c. & d.* Winziger. *d. l. in fin.* conf. Bach. *d. l.* & Müller. *ad Struv. S. J. C. Ex. 3. th. 65. in addit. lit. a.* Alias adhucdum exceptiones adducere solent DD. de quibus vid. Rittershus. Ludvvell. Winziger. *dd. ll.* concludimus tandem ex his, quod, ubi arrogatus vel adoptatus contra regulam Juris feudalis ad successionem feudorum jure admittendus venit, ibi illi prosit *Exceptio nobilitatis arrogatione aut adoptione tali quæsita.*

XIII.

Videamus nunc paucis *de modis patriam potestatem finiendi*, ubi de Dignitate liberante à patria potestate, & anne etiam hujus occasione *nobilitatis exceptio* exsurgere possit, nunc nobis indagandum venit. Sanè si filius familias nobilitetur, aut Cæsaris authoritate nobilis, si Senator vel Consul, si clericus, infra dignitatem Episcopalem de qua *in auth. sed Episcopalis. C. de Ep. & Cler. & Nov. 84. c. ult.* fuerit factus, talis manet in patria potestate, nec per nobilitatem illam, nec per Senatoriam, nec per Consularem, nec per Clericalem dignitatem aut conditionem inde liberatur, si respiciamus dispositionem textûs hactenus, & quoad ea, quæ tum obtinebant, hanc in rem manifestissimi *in §. 4. I. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Voluit enim Imperator & in his tum temporis adhucdum sartam tectam conservare legem olim generaliter scriptam: *Filius, quamdiu vixerit, in potestate patris maneto:* non attentâ tali, quæ superveniebat, dignitate atque prærogativâ publicâ, quia nil impedire videbatur in publicis causis aliquem præeminere, & tamen in privato, quod ad Jus familiæ & cognationis attinet, patriæ potestati esse subjectum, fac. *l. 14. ff. ad SCt. Trebell.* Casp. Manz. *in Comm. rat. reg. instit. imp. ad tit. quib. mod. Jus patr. pot. solv. §. 4. n. 2. seqq.* & in specie de Nobilitate rectè hoc asserit Joh. Philippi *in Usu pract. Inst. Just. l. 1. th. 12. §. 3. & 4. Eclog. 76. num. 9.* ibi: *Etiamsi* nobilis existat, *nullo tamen modo à patria potestate liberatur, istæ namque dignitates inter*

inter modos dissolvendæ potestatis illius h. t. enumeratos non recensentur. Carpzov. *p. 2. c. 40. d. 17. num. 8. & 9.* ibi: *Sola nobilitas, utut per se sit aliqua dignitas, non est modus dissolvendæ patriæ potestatis, ac nobilis non minùs ac plebejus in sacris parentum constitutus est.* Gosvvin. ab Esbach. *in not. ad Carpz. ibid.* ubi quod de hoc nullum sit dubium. Et quod de *Nobilitate*, idem quoque de *Doctorali aliave dignitate* meritò DD. asserunt, tum ob defectum legum id ordinantium, tum & à simili, quia *militia armata* neminem à patria potestate liberat. *d. §. 4.* ibi: *Filiusfam. si militaverit. I. h. t. l. 7. C. d. patr. pot.* & exinde nec *togatam* militiam liberare firmiter concludunt, rationibus moti his, quia milites armati majora habent privilegia, quàm milites togati, *per §. ult. I. de test. milit.* & de cætero ab una militia ad alteram convenienter inferre licet. Schneidevv. *ad d. §. 4. n. 5.* Everhard. à Mittelburg *in Tobic. leg. in loc. à militia armata ad milit. Cæleſt. militiæ.* Philipp. *d. l. in fin.* adjiciens, Scabinos Lipsienses Anno 1627. ita pronunciasse: Obwohl euer Sohn ꝛc. vor einem Jahr den gradum Doctoris angenommen: Dieweil Er aber noch bey Euch wohnet, und an Eurem Brod ist ꝛc. So ist Er auch dannenhero der Vätterl. Gewalt noch unterworffen, und Ihr möget ihme demnach sein Mutter-Guth aus zuantworten nicht angehalten werden. consentiunt & hactenus post plures à se allegatos Berlich. *p. 2. concl. 11. n. 53.* Strauch. *diss. 4. th. 28.* Vitriar. *ad tit. quib. mod. patr. pot. solv. §. 1. n. 3.* Georg. Christoph. Walther. *de Stat. jur. & priv. doctor. c. 15. §. 101. qu. 63.* B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 4. th. 12. lit. B.* Dn. D. Maj. *ad §. 4. J. quib. mod. patr. pot. solv.* Quamvis communior sententia sit in contrarium, teste & sequace Herm. Vult. *ad d. §. 4. n. 6.* & Berlich. *d. l.* vid. Manz. *d. l. n. 12. in fin.* Excipitur vero *summa patriciatus dignitas*, quæ filium statim atque literas imperiales hanc dignitatem conferentes accepit, à patria potestate liberat *l. ult. C. d. Consul. §. 4. inst. quib. mod. p. p. s.* Noluit enim Imperator quem sibi quasi patrem, & consiliarium in rectiùs gubernanda Rep. summum aut intimum elegit, nexibus patriæ potestatis adhucdum esse obnoxium *d. §. 4.* Per eos verò, qui hâc Patriciatûs dignitate præeminere dicuntur, non debent intelligi illi, qui olim apud Romanos opponebantur genti plebejæ ex patribus s. primis Senatoribus, quos legerat Romulus, nati, & tanquam progenies nobilissimæ atque antiquissimæ stirpis Senatoriæ tales fiebant, non per allectionem, sed per successionem & generationem Liv. *l. 1. c. 8.* quorum mentio injicitur *in §. 4. J. d. J. N. G. & C.* B. Dn. Maurit. *de Nobil. impr. Germ. th. 25.* sed illi, quos ex singulari meritorum fiducia Imperatores sibi tanquam intimæ admissionis consiliarios eligebant, & lateri suo admovebant, honoratiores præ aliis hac ipsa functionis excelsæ, quam apud eosdem pro communi Reip. salute obibant, prærogativa, & summo eo dignabantur

honore, ut Impp. ipsi haud substiterint edicere, hos sibi quasi in patres legisse per text. express. *in §. 4. J. quib. mod. jus patr. pot. solv.* quos etiam *Patres communis Reip.* appellavit Suidas, ex quo id referunt Vinn. *in not. ibid.* & Manz. *ibid. n. 14.* ad quam sublimem patriciatûs dignitatem nemo evehebatur nisi priùs aut Consulatûs, aut Præfecturæ prætorio, aliove excelso honore jam fuerit potitus *l. 3. C. de Consul.* quorum origo transcribitur Imperatoribus Constantinopolitanis, & imprimis Constantino M. ex fide Zosimi *l. 2. de optato.* Strauch. *Diss. 4. th. 28.* Manz. *d. l.* B. Dn. Stryck. *in Us. ff. mod. ad tit. de adopt. §. 24.* vid. Cassiod. tamen *6. var. Ep. 2.* & Bach. *ad Inst. d. §. 4.* ubi quoque penitiùs inquirit in rationem, cur summa dignitas fuerit appellata hic Patriciatus, cùm Consularis, quæ proxima erat post Principem, & tantæ dignationis, ut & ipsi Principes Consulatum gesserint, major fuerit. *ad verb. summa dignitas:* secus ac Wesenb. *ad d. §. 4. num. 3.* Vinn. & Mantz. *dd. ll.* Et ergo Patricii *hi* qui *temporibus Impp.* existebant, non *illi*, qui erant in *Rep. libera*, per talem dignitatem & Conditionem suam eximiam liberabantur à patria potestate; ut propterea fallant & fallantur illi, qui hodie patricios illos, qui reperiuntur in liberis Imperii Civitatibus, promiscuè liberatos esse volunt à patria potestate ex eo solummodo, quòd sint ex ordine patricio *per §. 4. J. quib. mod. jus p. p. s.* cùm hic textus ut & *l. ult. C. de Consul.* nullatenus respiciat *ad progeniem stirpis patriciæ*, sed ad talem *eminentiorem functionem*, ad quam isti actu admoti sunt: & moderni nostri patricii, ut tales & in se tantùm considerati, non possint aliter considerari, uti alii nobiles genere tales, utut hi sæpiùs de præferentia quoque cum iis certare soleant, unde uti sola nobilitas nec olim nec nunc patriam potestatem tollit, ita nec sola Patriciatûs ortu solùm talis dignitas eum effectum producere poterit. Sed vid. quæ hanc in rem, at otiosè satis, per multas paginas arenosis argumentis talibus repletas deducuntur *in Dissertatione aliqua inaug. Erfurti habita, inscripta: de Juribus Patric. sing. iisque superem.* Authore Alb. Christ. Giebel. ubi *th. 10. & seqq.* hunc honorem dicit incomparabilem, sublimem, & reliquis omnibus anteponendum, & exinde quoque jus præcedentiæ deberi Patriciis præ Doctoribus Juris & Medicinæ. In qua quæstione determinanda, si voluit, uti videtur, stringere litem, quæ tunc temporis inter tales personas honoratiores N. versabatur, super qua inclyta Facultas. Jurid. hujus Eberhardinæ nostræ Anno 1707. pro Doctoribus Juris & Med. responsum dederat, faventibus hanc in rem quàm maximè Constitutionibus Imperii, vid. supr. *th. 2.* antegresso quoque clementiss. quodam Cæsareo nutu atque Rescripto eò magis propendente, frustra agit, quia omnia ejus argumenta stringunt saltem quoad illos Patricios, qui sublimi simul tali officio præsunt, quod hodie æquipollet summo isti Patriciatûs honori, de quo *in §. 4. J. quib.*

quib. m. J. p. p. f. quo possunt dici communis Reip. Patres atque rectores, cum quibus verò ratione Præcedentiæ nulla lis erat Doctoribus, non verò quoad illos, qui saltem sunt de Gente Patricia prognati, & non nisi nudo Charactere officialium gaudent, & titulo tenus saltem tales sunt, & si quo munere actu funguntur, id solummodo inferioris, aut ad minimum non ad eum honoris gradum ascendentis ordinis sit, qui uti nobiles ita & Doctores exsuperare non possunt, quæ omninò benè à se invicem discernenda sunt. Quod penitiùs ex dicto responso cognoscere datur. *Horum* quoque dignitas tanti non est, ut liberet à nexibus patriæ potestatis, quod Dn. Gieb. in d. Diss. præsupponit, cùm *illorum* eminentia è contrario id indubiè efficiat, quoad odiosa & incommoda, utut non quoad commoda & favorabilia. vid. Bach. *ad d. §. 4. ad verb. Si Senator sub fin.* Exc. Dn. D. Majer. *ibid. pag. 232.* Hopp. *ibid.* Hæc verò Exceptio in summo illo Patriciatûs honore primitùs tantùm fundata extensa deinde fuit, & ad alias eximias quasdam dignitates & functiones publicas nexum patriæ potestatis æquè ac Patriciatûs dignitas, hactenus tollentes, uti sunt Consulatus, Consularitas, Præfectura Prætorio, Præfectura Urbis, Magisterium militum, Episcopatus & generaliter omnis dignitas & cingulum à Curia aut oneroso decurionatûs onere liberans, cujusmodi duodecim enumerantur *in l. fin. C. de Decur. auth. sed Episcopalis C. de Episc. & Cler. Nov. 81. §. 1. seqq.* Hodiè verò mutatô Reip. Statu non sine ratione DD. adstruunt, ad exemplum Patriciorum per Dignitatem à patriâ potestate eximi non tantùm Consiliarios Imperatoris, qui Consilio intimo, aut supremo Cæsareo, & Cameræ Imperiali vel præsident vel assident, quippe qui non minùs eliguntur & constituuntur ab Imp. quasi communis Reip. vel Patriæ patres, Schneidvvin. *ad d. §. 4. num. 1.* & Harppr. *ibid. num. 2.* Manz. *ibid. num. 10.* præsertim qui lateri Imperatoris adhærent Dn. Stryk. *in Us. mod. l. 1. t. 7. §. 24. sub fin.* Sed & ex non dispari planè ratione Consiliarios intimos Electorum, Principum & Statuum Imperii, in specie quoque Civitatum Imperialium Hopp. Manz. *dd. ll.* post plures Philipp. *de Eclog. 76. num. 6.* Pomeresch. *ad d. §. 4. n. 6.* Schulz. *in Syn. Inst. d. l. lit. c.* B. Dn. Stryk. *in Us. mod. d. l.* B. Dn. Mev. *ad Jus Lub. l. 1. t. 3. num. 20.* B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 4. th. 12. lit. a.* B. Dn. Frommann. *in diss. d. SCt. Maced. th. 34.* ubi quod tales hodie per dignitatem emancipati censeantur Exc. Dn. D. Majer. *ad d. §. 4.* quippe qui regulariter in territoriis suis eandem vim & potestatem excercent, quam imperator in Imperio. Hopp. Stryck. Philipp. Manz. *dd. ll.* post alios B. Dn. Lauterbach. *in concl. for. Ex. 3. th. fin.* Nec Patriciis istis absimiles hodie hoc quoque in passu judicant Equites ordinum Equestrium, excellentiorem in modum ita dictorum, veluti aurei velleris des güldenen Vliesses in Hispania, aureæ Periscelidis des güldenen oder blauen

Hosenbandes in Anglia : S. Michaëlis in Gallia Wesenb. *ad. d.* §. 4. *n.* 4. Strauch. *in Diss. d. Diss.* 4. §. 28. Gothof. *in not. ad Schneid. d.* §. 4. *lit. a.* Mantz. *d. l. n.* 15. add. Thulem. *d. Ord. Equ. Georg. perisc. per tot.* & quinam sunt alii eminentiori illo nobilitatis & equestris dignitatis axiomate præ aliis illustres, & singularibus juribus & privilegiis, quæ reliquis nobilibus ita non competunt, condecorati, vid. Limn. *d. Jur. public. L.* 6. *c.* 2. Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Rom. & R. J. R. G. sect.* 4. *th.* 1. *pag.* 9. *& ibid. adcitati.* Ad præcipuam ergò ejusmodi dignitatem jam evectis si hereditas materna fortè, vel quæ alia deinde deferreretur, ejusque Usumfructum pater sibi asserere vellet jure patriæ potestatis, ei hactenus competentis, juxta §. 1. *&* 2. *J. per quas pers. cuique acqu. l.* 6. *pr. C. d. bon. quæ lib.* & filius contra objiceret *Exceptionem summæ hujus & eminentioris Dignitatis*, audiendus omnino esset, ut acquisitam hereditatem pleno jure sibi retineat, quia jus patriæ potestatis superveniente tali Dignitatis gradu jam sublatum est *per d.* §. 4. quo sublato filius regulariter omnia sibi, patri vero nil acquirit. B. Dn. Lauterbach. *de Usufr. pat. th.* 12. *num.* 6. Secus tamen si Usufructu jam quæsito superveniret talis dignitas, tum enim *Exceptio hæc Dignitatis*, & per eam impetratæ à patria potestate liberationis, frustra hac in parte objiceretur, cùm pater Usumfructum semel jam quæsitum invitus relinquere non teneatur, sed jure sibi retinere queat *arg. l.* 1. *C. de bon. mat. l.* 8. §. 5. *C. de bon. quæ lib.* Lauterb. *d. l. th.* 40. *num.* 4. Hæc Exceptio quoque quod non proficiat ad excludendum SCtum Macedonianum, de eo infra agendi occasio erit.

XIV.

Nunc porro ostendendum, quomodo & *hæc Nobilitatis dignitatisque Exceptio* in materia *tutelæ & Curatelæ* obveniat, quod variis in casibus fieri potest: e. gr. vidua nobilis immediati liberorum ex se legitimè natorum tutelam maternam subire sinè dubio potest, tum ex ratione juris naturalis, juris positivi, & Romani, & Germanici usu maximè frequentati, uti videre est per deducta à Magnif. Dn. Præside *in Diss. de tut. mat. nob. imp. immed. th.* 13. 17. 20. 21. *& passim.* Quod si verò illa esset non ex ordine nobilium, sed ex ordine civico, aut si quidem ex ordine nobili, tamen non ex ordine nobilium immediatorum esset, & propterea Directorium nobilitatis immediatæ eam nec admittere nec confirmare vellet ad tutelæ aut curæ maternæ susceptionem & administrationem, justissimè *Exceptione nobilitatis immediatæ* niteretur, quia nobili immediato nupta, cujus radiis omninò corruscat, *vid. supra th.* 10. & ad liberorum ex hoc matrimonio natorum tutelam æque ac alia sanguine talis admittenda venit. Tiraquell. *de nobil. c.* 18. *num.* 15. B. Dn Stryk. *de tut. mat. Princ. c.* 2. §. 42. *in fin.* Magn. Dn. Præs. *in d. Diss. th.* 23. *in pr.*

Sic

Sic & dignitas militiæ armatæ, intuitu maximè salutis publicæ, impedit regulariter, ut in ea sorte constitutus tutor non possit fieri *l. 4. C. qui dar. tut. vel Cur.* §. *14. J. de Excus.* impedit & dignitas Episcopalis *Nov. 123. c. 5. Auth. Presbyteros. C. de Ep. & Cler. l. 52.* §. *1. eod.* Præstat & justam causam se excusandi à munere tutelæ deferendæ *Dignitas functionis publicæ*, in administratione rerum fiscalium quæ occupata est §. *1. J. de excus. tut. jung. l. 41. pr. ff. l. 10. C. de Excus. tut. & cur.* quorsum ex moribus nostris referunt die Rentmeister, Cammermeister, Steuer-Buchhalter, geheimte Cammerirer, Steur-Cassirer, Steur-Einnehmer ex Müllero Excell. Dn. D. Maj. *ad d.* §. *1. J. de excus. tut.* Dn. Hopp. *ibid.* Imò etiam *à tutela jam delata* præstat Excusationem *si Tutor in Consilium Principis fuerit assumptus*, & maximè si lateri ejus omni tempore & loco quasi adhærere teneatur. *l. 30. pr. ff. de excus. tut.* B. Dn. Lauterb. *in diss. de tut. honor. th. 35.* & quæ sunt id generis alia, quæ locum facere queunt *Exceptioni Nobilitatis dignitatisque*, s. activæ s. passive. Sed quibus amplius immorari cùm non liceat tempore constrictis, sufficiat in hoc articulo hæc exempli gratia adduxisse.

XV.

Properamus nunc ad *Jura rerum*, tam *in re*, quàm *ad Rem*, ubi infiniti ferè occurrunt casus exceptioni huic occasionem & locum dantes, quibus omnibus indagandis cùm hac vice nobis non vacet, exempli loco quosdam produxisse satis erit. Et nempe in materia Juris hereditarii evenit fortè, aliquem possidere hereditatem Nobilis alicujus pro herede ex testamento illius quod publica fide sustineri voluit, eumque in finem curavit, id per tertium nomine ipsius vel Principi offerri, vel judici insinuari, adversus hunc hereditatis petitionem instituunt filii testatoris vel alii ab intestato successuri, dicentes illud testamentum nullum, quia testator ipse testamentum non obtulit, cujus præsentia tamen uti in omni alio testamento ita & in oblato Principi & coram Magistratu facto, de necessitate præcisè requiritur, ita ut sine hac subsistere dispositio nullatenus possit, per *text. in l. 19. C. de test. junct. l. 9. l. 12. l. 21. C. eod.* id quod latissimè contra alios contrarium sustinentes defendit inclyta Fac. Jur. in hac Eberhardina ap. B. Dn. D. Harpprechtum, *in Cons. 54 num. 46. & plur. sqq.* Possessor hereditatis ita conventus fundans se in illo testamento refugium hic quærit non tantùm in contraria illa sententia, statuminante quod & per procuratorem testamentum insinuari possit, cujus rationes & Authores congestos vid. ap. Dn. D. Harppr. *d. l. n. 20. sqq.* vid. tamen & responsiones ad has *ibid. n. 139.* sed & quam maximè in casum si hæc sententia non probaretur, uti propitio jure probari non potest, *in exceptione Nobilitatis* prætendens hoc testamentum per exceptionem à regula tamen esse validum,

quia

quia testator hic fuit persona nobilis & honoratior, cui id jure indultum, ut quod alius in loco judicii ipse, illud is domi suæ & per procuratorem agere & expedire possit, veluti de egregiis personis in juramento præstando id indultum constat *in l. 12. §. 4. C. de R. C. l. 2. §. 1. & Auth. Principales C. de jurej. propt. calumn. l. 15. ff. de Jurej.* B. Dn. D. Grave *de jurej. propt. calumn. c. 5. §. 2.* B. Dn. Lauterb. *in tract. Syn. de jur. §. 5. n. 18.* unde & in testamento tali idem observandum esse concludi posse videtur, vid. Harppr. *d. l. num. 255. seqq.* Sed ad hanc exceptionem meritò replicabunt actores, nullibi provisum reperiri, nec probari posse, nobilibus hoc in articulo singulare aliquod jus indultum esse, qui cùm non inveniantur excepti, meritò statuendum esse, & illos, perinde ac alios omnes, regulæ in textibus expressis & juris analogia optimè fundatæ, in super communiori DD. calculo & usu frequentiori corroboratæ obnoxios esse, per consequens si ipsi præsentes testamenta sua non obtulerint aut insinuaverint, sed per nuncium, procuratorem, aliosve ea conficere curaverint, illa esse ipso jure nulla, adeoque cùm defunctus hoc, de quo lis est, testamentum per alium saltem confecerit, idem hic statuendum esse, & hôc declaratô nullô, potiorem esse illorum conditionem tanquam heredum legitimorum *pr. J. de hered. quæ ab int. def.* Et ita, quia rationes pro veriori hac sententia militantes æquè quadrant in personis honoratioribus atque nobilibus ac in aliis, oppositam illam *exceptionem nobilitatis atque dignitatis* rectissimè elidi, & pro heredibus ab intestato judicari debere patet ex iis, quæ hanc in rem rectè annotata reliquit Myler. ab Ehrenbach. *de Stat. Imp. c. 23. §. 2.* ubi personas in dignitate excellentiori constitutas, Aulicos, Consiliarios cum aliis privatis hoc in passu ex pari judicat, Ziegler. *de jur. maj. l. 1. c. 1. §. 29. & 30.* ubi in casu, da einer von Adel und Churfürstl. Sächsischer Obrister testiret, non aliter observatum fuisse, ac in persona inferioris conditionis fieri solitum est, observat. B. Dn. Maurit. *Cons. Tub. 1. num. 45.* scribens, nec Principes & Status imperii, dum ultima sua elogia condunt, alia privilegia allegare posse, sed activè & passivè privatorum jure uti, add. Magnif. Dn. Præses *in Collat. Jur. Rom. cum. R. I. R. G. sect. 5. p. 24. seqq.* quibus convenienter quoque respondit laudatiss. Facult. Jur. Tubing. Anno 1697. ap. B. Dn. Harppr. *in d. Cons. 54. num. 258. seqq.* ubi etiam pro ulteriori confirmatione superaddit, daß wann auch Barones, nobiles vel similes jurisdictionem habentes personæ apud propria acta ihre Testamenta auffrichten wollen, sie dieses zwar wohl nach belieben thun können, jedoch auch sie anders nicht, als in Gegenwart der geschwohrnen Gerichts-Persohnen, und wo dieses herkommens auch desselben Gerichts Actuarii vel Notarii. *ibid. num. 264. seqq.*

XVI.

XVI.

De *Jure nostro communi* hereditatem pactitiam s. conventionalem nullam esse constat *ex l. fin. C. de pact.* & scriptis latissimè ab Excellent. Dn. Præside *in Collat. J. R. & R. J. de sect. 5. th. 1. p. 1. seqq.* adeò ut pacta successoria ne quidem inter personas nobiles aut in magnifica quadam dignitate constitutas non milites, eo jure valeant. *arg. l. 19. C. de pact.* ex Stephan. Bertrand. *l. 1. part. prior. cons. 29.* Magnif. Dn. Præses *d. l. p. 5.* Secus est, ubi Jure *consuetudinario vel statutario* aliud inductum apparet, quod tamen saltem stringit quoad ea loca, ubi id viget, generale verò jus communi juri contrarium in quibuscunque casibus per universas provincias valiturum efficere haud valet. id. *d. l. p. 10. sq. & ibid. citt.* Fiducia hujus juris ergò si quæ nobilium familiæ certa quædam mutuæ successionis aut in specie confraternitatis pacta, Erbverbrüderungen, inter se iniere, extinctis masculis alterutrius familiæ, confratres de superstite familia vi illarum conventionum possessionem relictorum bonorum velut heredes conventionales jam intrarunt, filiæ verò aut si quæ sunt aliæ sequioris sexus ex ista, quæ jam in masculis defecit, familia, vindicare sibi à possessoribus illis intendunt hereditatem eam, ex hoc capite, quod talia pacta successoria juribus nostris sint in totum improbata, & propterea nullius momenti, ut exinde nulla possit prætendi successio, & quod pacta confraternitatum constitutionibus Germanorum quidem sint comprobata, sed saltem inter personas illustres & Status Imperii, non verò inter nobiles, aut alia quavis, utut eminentiori dignitate constitutos *per Inst. Pac. Cæs. Suec. art. 4. §. 10. & art. 15. §. 13. R. I. de Anno 1654. §. 188. Capit. Cæsar. Leopold. art. 6. Joseph. art. 6. & Carol. VI. art. 1.* ibi: Die unter Churfürsten, Fürsten und Ständen errichtete Erbverbrüderungen, ꝛc. Possessores verò & rei contrà objiciunt *Exceptionem nobilitatis, in specie immediatæ,* & huic quoque singulariter competentis facultatis pacta talia hereditaria, & confraternitatum validè erigendi per *Capit. Leop. art. 39. & noviss. Carol. VI. art. 1.* ibi: Die ohnmittelbare freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen *junct. instr. Pac. Cæs. Suec. art. 4. §. 2. & 27.* Knipschild. *de fideic. fam. ill. l. 3. c. 10.* B Dn. Stryk. *in tract. de success. ab int. Diss. 8. c. 7. §. 10.* Magnif. Dn. Præses, *in de Coll. sect. 5. pag. 29. & ibid. alleg. ut & in Diss. de nex. Ord. Equ. immed. erga Cæs. & Imp. th. 16.* ita ut propterea meritò ab actione absolvendi & tanquam heredes pactitii in possessione hereditatis relinquendi. Quod secus esset, si paciscentes nobiles fuissent non *immediati*, sed *mediati*, quibus jus per pacta hereditatem deferendi regulariter non competit post alios Stryk. *d. l. §. 11.* ut exinde *Exceptio nobilitatis simpliciter talis* hic frustra objiceretur. Quoad nobiles mediatos verò quia DD. duas tradunt Exceptiones: primò nisi Princeps territorii,

torii, cui subjecti, consentiat, & pacta talia specialiter confirmet: secundò nisi expressa Lege aut recepta consuetudine aliud inductum, post alios B. Dn. Stryk. *d. l.* §. *11.* Sanè in Casibus his exceptis, quin locum obtinere queat cum effectu & *exceptio Nobilitatis simpliciter talis*, & in specie quoque *mediatæ*, nullum nos dubium tenet. Idem quoque in nobilibus *virtute talibus*, utut in excelsa aut insigni sint collocati dignitate, in specie quoque in *Patriciis civitatum*, quibus itidem hoc jus regulariter non competit, adeoque ab his frustra hactenus proponitur *Exceptio dignitatis aut nobilitatis* s. *virtute* s. *sanguine* talis: nam nec hi eo jure gaudent, quia non sunt immediati; ubi verò statuto aut consuetudine aliud inductum, per exceptionem à regula etiam ad hanc dignitatis & nobilitatis allegationem sub spe ex hac ratione consequendæ victoriæ convolare possunt.

XVII.

Moritur in locis fortean à loco originis longiùs dissitis nobilis ex Familia N. generis nobilitate per se & notoriè satis clara, nullis relictis liberis. Advenit fœmina, prætendens se ejus sororem germanam & ex nobili ista Familia N. legitimè oriundam, petens exinde, ut admittatur ad hereditatem fratris, tanquam heres ab intestato atque legitima per *Nov. 118. c. 3.* Asserunt sibi *& alii* in loco mortis fortean ex testamento vel nullo, vel alio quocunque modo invalido, vid. *pr. I. de her. quæ ab int. def.* istam hereditatem, in cujus jam sunt possessione per aliquot annos, prætendentes validum esse testamentum, insuper & actrici opponunt *exceptionem nobilitatis passivam & negativam*, eo ipso negantes se esse sororem defuncti legitimam, illa contra se talem esse asserit, eamque exceptionem retundere allaborat *replicatione nobilitatis consanguinitatisq; legitimæ activâ & affirmativa*, & sororem germanam esse constanter asserit, desuper disputant: Rei urgent, hanc qualitatem & nobilitatem generis non præsumi, sed potiùs quemlibet præsumi popularem. Gloss. *in cap. Si fortè* verb. *scientiæ x. d. elect. in 6.* Felin. *in c. fin. x. d. præs. & in c. fin. x. de probat.* Teneri ergò illam quæ asserit se nobilem & de hac familia oriundam ad probandam hanc qualitatem veluti extrinsecam, quæ naturâ non inest, sed illustribus factis, literis, armis aut Principum gratiâ acquiritur, *l. 1. ff. de probat. & ibid. Bald. in notab. 1.* ut & inde hîc dependentem proximiorem istam consanguinitatem, quam etiam probare debet, quæ talem se Asserit, *l. fin. C. d. probat.* Mascard. *d. probat. 1. concl. 73. in pr.* Pacian. *d. prob. l. 2. c. 12. n. 4. & 5.* Carpzov. *in Respons. l. 3. t. 7. Resp. 65. n. 1. sqq.* Actrix proinde suscipit probationem ei injunctam, producit vel duos testes, personas graves, sed de auditu saltem deponentes, quæ probatio hic dicitur per exceptionem à regula, tanquam in re difficillimæ probationis & in sensus exteriores testium non cadente,

dente, qualis est filiatio, consanguinitas, affinitas, *l. 87. ff. condit. & dem.* sufficere. Mascard. *d. l. concl. 409. n. 1.* Pacian. *d. l. n. 24.* Lanfranc. *de* Oriano *in C. Quoniam. x. d. probat. c. 8. num. 94.* vel ad conjecturas, indicia & præsumptiones se vertit, quibus non minùs consanguinitas tanquam difficillimæ probationis, demonstrari potest, post alios Carpzov. *d. l. num. 7. sq.* vel provocat ad famam, quæ sola duobus testibus saltem probata plenam fidem & probationem etiam hîc in probanda consanguinitate & nobilitate facit. *l. 7. C. d. postul.* Felin. *in c. 10. x. d. testib. n. 9.* Carpzov. *d. l. n. 9. sqq.* Et hisce ita jam demonstratis sine dubio pro actrice pronunciabitur. Et ad eum quoque modum rem fuisse actitatam, & in Senatu appellationum Anno 1623. judicatum fuisse testatur Carpzov. *d. l. n. 15.* ibi: Erkennen von Gottes Gnaden, Wir Johann Georg ꝛc. daß Brigitta von Bünau Ihr fürgeben, daß Sie nemlichen Hansen und Friderichs von Bünau vollbürtige Schwester gewesen, zur Nothdurfft bescheinet. Non minùs & Scabinos Lipsienses in causa Nobilium à Trotha Anno 1634. pro iis, qui agnatos se venditabant, & conjecturis id demonstrare satagebant, ita decidisse, refert idem *d. l. n. 16.* ibi: Und gleichwohl nach gemeinem Wahn der Rechsgelehrten die Anverwandschafft und gradus generationum, bevoraus in alten Geschlechten, und vor langer Zeit und undencklichen Jahren hero, auch durch conjecturas und præsumptiones erwiesen werden könne, so erscheinet daraus so viel, daß wann vorgedachte præsumptiones von Gegenpart Eurem Vettern durch gnugsamen Beweiß oder stärckere Vermuthungen zur Gnüge nicht abgelehnet werden mögen, Ihr die libellirte proximitæt und nähere Anverwandschafft zur Nothdurfft bescheiniget und beygebracht habt.

XVIII.

Nunc quoque nonnulla exempla ex materia *Juris ad rem*, in specie *ex factis licitis & contractibus*, ut adducamus, dispiciemus 1. ratione *mutui* ex contractibus *nominatis realibus*. Filius familias mutuam pecuniam accipiendo obligatur, ita ut adversus eum perinde ac adversus patrem familias creditori actio *stricto jure* detur, *l. 1. l. 9. §. fin. l. 10. l. 11. l. 7. pr. & §. 4. ff. ad SCt. Maced.* quæ tamen inefficax redditur oppositâ à filiofam. *exceptione SCti Macedoniani*, ita ut ad restitutionem condemnari nequeat *d. l. 1. §. 1. l. 7. §. 6. l. 9. §. 1. ff. eod. §. 2. I. quod cum eo, qui in al. pot. est neg. gest. dic.* etiamsi *nobilis* sit, & *in dignitate constitutus*, veluti si Senator & Consul sit, uti suo tampore rectè respondit JCtus *in l. 1. §. 3. ff. ad SCt. Mac.* Quanto enim quis in majori dignitate constitutus est, tanto magis ambitioni indulgere, & profusionibus dignitatem suam augere ut plurium studebit, rectè ita judicante B. Dn. D. Frommanno *in diss. de SCt. Maced. th. 13.* ut adeò respectu majorum

rum sumptuum à nobili aut honoratiori pro more, utut laudem non usque quaque merente, impendendorum, aut erogari solitorum, *exceptio hæc nobilitatis & dignitatis* alteri illi *exceptioni SCti Maced.* tanto magis locum faciat, & ambæhæ exceptiones ita junctæ tantò potentiùs operentur, & non tantum filiof. sed & *Patri* eò magis prodesse possint etiam in casu, si filiusf. talis contradicente Patre mutuam pecuniam accepisset ad erogationes eas, quas moderni pravi mores ampliùs pro illicitis aut indecoris haberi nolunt, quæque patri quasi ex necessitate quadam, & sub prætextu per honorem non omittendarum earum incumbere, videntur, quarum intuitu SCtum Maced. locum aliàs non invenit *l. 17. §. 15. ff. l. 2. C. ad SCt. Maced:* Cui rei accommodum videtur exemplum quod in scenam jam olim produxit in casu, ubi filius nobilis in Aula cujusdam Principis consensu patris degebat, nomenque inter alios Aulæ illius nobiles profitebatur, sed sine aliquo salario, convictu aulico contententus, daß Er freye Tafel bey Hofe habe: Indicta præparatione ad instans, uti vocant, *Carneval*, quod aliàs *bachanalia* dicunt, cùm filius salario destitutus à patre talia improbante & renitente sumptus pro comparandis vestibus ludicris & larvis frustra peteret, ab amico quodam 200. thaleros mutuo sumpsit: deinde creditor hos repetit à patre, hic objicit exceptionem SCti Maced. & hanc jure oppositam fuisse, nec in præjudicium patris enervari posse *replicatione nobilitatis*, & prætensi honoris, sed patrem ab ea impetitione absolvendum esse, privatim consultus ex rationibus ibi deductis existimavit B. Dn. Stryk. *in us. mod. ad tit. d. SCt. Maced. §. 10.* Quid si verò quis constitutus in dignitate tali, quæ liberat à patria potestate, uti olim patriciatus, & nunc omnis quæ liberat à curia *vid. supr. th. 13.* tunc creditori ex mutuo agenti frustra objectaret SCti Macedon. exceptionem, cùm eam omninò retunderet *Replicatio tam* eximiæ Dignitatis atque Nobilitatis. Absurdum enim creditur ei cum periculo credi, qui Reip. aut Ecclesiæ negotia gravissima liber gerit. Bus. *ad l. 1. §. fin. ff. ad SCt. Mac. n. 3.* cui sententiæ quoque meritò subscribunt de Jena *in tr. de SCt. Maced n. 3. aph. 8.* Carpzov. *p. 2. c. 10. §. 17. n. 5.* & ibid. Goswin. ab Esbach. in not. cum adcitatis: post plures alios B. Dn. Frommann, *in Diss. d. SCt. Mac. th. 24.* B. Dn. D. Lauterbach. *ad d. tit. §. 8.* Nil obstante eo, quòd in contrarium movetur ex *Nov. 81. c. 1.* quod nempe à patria potestate ita liberetur, licet non quoad favorabilia, tamen quoad odiosa, odiosum autem sit vel maximè, filiumf. illum cogi ad solvendum mutuum contra jura acceptum. Siquidem Jus illud, quod ex SCto Macedoniano ei tribuitur, nullatenus ad familiæ jura, quæ in *d. Nov. 81. c. 2.* filiisfam. in ordine ad familiam, & huic in ordine ad illos reservantur, pertinere dici potest, nec tàm in filiorumf. quàm parentum favorem & fœneratorum odium illud

juris

juris inductum esse constat. *l. 9. §. pen. ff. ad SCt. Maced.* Sanè in filiisfam. *Principum & Statuum Imperii* SCtum Macedon. locum itidem non habere autumant Connan. & Aug. Barbos. *ad l. 2. C. d. t. n. 27.* ex quibus id referunt. B. Dn. D. Lauterbach. *d. l. th. 8. in fin.* & B. Dn. D. Frommann. *d. th. 34. in fin.* quæ opinio his videtur niti rationibus: tum 1. quod Principum filii, patre vivente, quasi domini rerum paternarum & principatûs paterni dicantur, tum 2. quod potestati & Jurisdictioni paternæ non videantur esse subjecti, tum 3. quod Jus Romanum inter Principes Imperii locum obtinere non videatur. Sed quia *prima* ratio & de privatis vera est per *l. 11. ff. de lib. & posth.* hinc hanc nihil planè conficere ad exceptionem à regula hic fundandam rectè colligitur. *Secunda* verò falsissima, quippe quæ ex eo solo refellitur, quod sine dubio etiam inter Principes nostros & patria potestas atque Imperium vigeat. Dn. de Rhez. *in Jur. publ. l. 1. t. 20.* Dn. Schilter, *in prax. Jur. Rom. in for. Germ. Ex. 27. §. 77.* Et denique *tertia* itidem falsa hypothesi nititur, cùm plus quam notorium sit, Principes nostros jure privatorum hactenus quoq; uti, & eorum causas in summis Imperii nostri tribunalibus ex Jure communi decidi. Dn. Stryk. *in Usu. ff. mod. ad tit. d. SCt. Mac. §. 5.* add. quæ fusè satis hanc in rem deducta leguntur à Magnif. Dn. Præs. *in Collat. J. R. cum. R. J. R. G. sect. 5. th. 1. pag. 22. sqq. junct. d. Coll. sect. 1. th. 4.* Exinde rectè concludimus, etiam in filiisfam. Principum nostrorum admittendam omninò esse *hanc Exceptionem SCt. Maced.* sicubi fuerit opposita, tanto magis valituram, quantò firmiori nititur fulcro ex juncta alia illa *illustrissimæ illius celsitudinis, Dignitatis & Nobilitatis exceptione*, hoc quoque hîc maximè secum vehente, ut quantò magis antecellunt aliis honoratioribus & nobilioribus, tantò magis ambitiosis profusionibus studere & indulgere soleant: uti respectu aliarum dignitatum longè inferiorum hanc rationem valere modò demonstravimus, inprimis quia & fœneratores isti Principum filiis mutuum dantes graviorem perniciem & parentibus & Reip. inferre possunt, unde majori quoque odio digni, merentes & hic æquè ac alibi, ut contra eos pronuncietur. Schilter. *d. l.* Et quamvis hoc diffiteri nequeamus, inter personas illustres hodie præsertim communiter pro indecoro judicari velle hoc SCto uti, quasi id earum dignitati repugnaret, propterea tamen, si res fuerit ad judicium deducta, haud deneganda esse his ipsis talia communis juris auxilia, benè observat B. Dn. Stryk. *d. l. §. 5.*

XIX.

Secundò ratione *Contractûs verbalis* se offert exemplum in *fide jussione mulierum*: Hæ alienam obligationem in se recipiendo obligantur quidem ipso jure, ita ut adversus eas actio competat, sed oppositâ *exceptione SCti Vellejani*

non

non possunt condemnari ad solvendum, cùm talis intercessio à jure nostro quoad effectum in totum reprobetur & irrita reddatur *l. 2. §. 1. l. 7. l. 16. in fin. l. 23. ff. l. 9. C. de SCto Vellej.* idque ob sexus imbecillitatem & inconsideratam facilitatem *l. 1 pr. ff. de minor. l. 4. in f. C. de spons. l. un. §. 15. C. de R. U. A.* quæ unà cum rei familiaris periculo ipsis inde imminente *per l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. ff. eod.* vera causa est hujus SCti. B. Dn. Lauterbach. *in colleg. theor. pract. ad d. t. §. 2.* Quod si verò intercedens fœmina *nobilis* aut *illustris* sit, anne agens hanc exceptionem SCti Vellejani *replicatione nobilitatis, aut dignitatis illustrioris*, qua pollent e. gr. Ducissæ, Comitissæ, Abbatissæ enervare iterum queat, quæstio est & hodienum inter Doctores valde agitata. Quod hæc replicatio prosit actori ad infringendas SCti Vellejani vires, ita ut fœmina talis, quod in suam fidem recepit, solvere teneatur, maximè si *insimul superioritate territoriali* gaudeat, id affirmant Hering. *de fidejussor. c. 7. num. 519. seqq. plur.* ubi omnium latissimè: superadjiciens, cùm antecessorem in hac sua sententia videre non contigerit, se lectori desuper liberum arbitrium relinquere. Ludov. Engel *in Colleg. Jur. Can. l. 3. t. 22. §. 1. num. ult.* Tabor. *in annot. ad C. J. A. tit. de SCto Vellej. th. 5.* Bicc. *in C. J. A. enucl. §. 3. n. 16.* Dn. Assess. Cam. Schrag. *in introd. ad ff. d. t. §. 5.* Carpzov. *p. 2. c. 15. d. 9.* ubi ita tractatum esse refert in causa Principissæ ab Anhalt ab una, & Dn. Comitum à Schwartzburg. Rudelstadt, ab altera parte Anno 1633. Struv. *in S. J. C. ex. 21. th. 12. in fin.* ubi testatur inclytum Facultatis Jurid. collegium in Univers. Jenensi ita pronunciasse Anno 1667. Müller. *in not ibid. lit. z.* Dn. L. B à Lynker. *in anal. ibid. in fin.* Eckhold. *ad d. t. §. 5.* Schilter. *in prax. Jur. Rom. in for. Germ. Ex. 28. §. 6.* Vitriar. *in Jur. Civ. univ. ad tit. de fidejussor. num. 16.* & ex aliis quoque nudè ita refert B. Dn. Lauterbach. *in Colleg. ad t. de SCt. Vellej. §. 4. circa fin.* & Schütz. *in Comp. d. l.* cujus sententiæ has adferunt rationes, tum quod talis fœmina regalia & jurisdictionalia exercens negotiis virilibus & magni momenti sufficiat, cùm pro tribunali sedere, jus dicere, aliaque ad instar virorum exercere possit, post alios Ludolph. Schrader. *d. feud. l. 10. sect. 1. num. 5.* tum quod in ejusmodi fœminam non facilè aliqua imprudentia, aut judicii consiliique imbecillitas præsupponi possit, hoc minùs, quia suis instructa esse solet consiliariis, ut deceptioni non adeò videatur obnoxia, tum quod & is, qui ejusmodi fœminæ fidem in contrahendo sequitur, non tam statum muliebrem, quàm illustrem dignitatem administrationemque per omnia virili administrationi similem respexisse censeatur, Hering. Carpzov. Müller. *dd. ll.* Contra verò actori hanc replicationem prodesse negant B. Dn. Lauterbach. *in conclus. for. Ex. 28. th. 19.* B. Dn. Stryk. *in not. ad Schütz. d. l. & in Us. ff. mod. in tit. ad SCt. Vellej. §. 7.* adeoque & hujusmodi fœminas illustres, perin-

de

de ac alias privatas exceptione SCti Vellejani tutas esse & manere, non obstante contra factâ allegatione illustris illius dignitatis, statuminant, tum ex eo, quod Jus nostrum fœminis indistinctè, & sine exceptione hoc beneficium dederit, & dignitas talis fragilitatem sexûs, quâ in repentinam possunt deduci inopiam *l. un.* §. *15. C. de R. U. A.* sanare aut corrigere non valeat, prout nec adsistentia consiliariorum nimis credulam aut facilè labascentem mentem prorsus excludit: tum quod & fœminæ nostræ illustres ordinariis jurium beneficiis fruantur, & jus commune inter Principes Germaniæ generaliter obtineat, valente & hîc jam suprà adductâ regulâ, quòd in contractibus jure privatorum utantur: tum quòd adhuc hodie matres illustres & nobiles liberorum suorum tutrices si esse velint, solenniter renunciare debeant in specie quoque SCto Vellejano: quod argumentum hac in materia pro evidenti habet Dn. Stryk. *in Us. mod. d. l.* quod dum egregiè confirmatur exemplis non tantummodo matrum *nobilium immediatarum* & hodie ad renunciationem hujus SCti omnino obligatarum, praxi Cameræ imperii quoque hanc in rem extante, & observantia quoque in Directoriis & Senatibus equestribus nobilitatis immediatæ id demonstrante, quæ adducta à Magnif. Dn. Præs. *in Diss. de tut. mat. nob. imper. immed. th. 26. imprimis pag. 39.* sed & exemplis aliarum *illustrium* fœminarum tutricum veluti Baronissæ de Gödens, & Ducissæ Mecklenburgensis, ad quæ provocat ex Huld. Eyben. *de tut. fœm. m. 2.* §. *3. & 17.* Müller. *in addit. ad Struv. d. l. in fin.* rectissimè ex his concludens, ex hoc apparere, quam parum tuto nonnulli assertum eant, usu Germaniæ renunciationis talismodi necessitatem solennitatemque non ampliùs observari. add. Dn. Stryk. *d. l. in fin.* potius est, ut ultimæ huic sententiæ adstipulemur. conf. Joh. Volck. Bechmann. *in Comment. ff. theor. pract. ad tit. de SCt. Vellej. in obs. pract. ult.* ubi hanc sententiam restringit ad fœminas illustres *maritatas*, scribens quod si illi, qui asserunt in fœminis illustribus SCtum Vellej. locum non habere, hoc intelligant de maritatis, se contrarium tueri malle, cùm ille etiam debeant juratò renunciare huic beneficio, si intercedant pro maritis: & ita respondisse Lipsienses mens. Octobr. 1631.

XX.

Tertiò quoad Contractus *Consensuales*, ratione *Emptionis Venditionis* se quoque offert exemplum. Si enim in dignitate s. politica s. ecclesiastica constituti, illustres, aut nobiles emptionem venditionem lucri quærendi causa, sive mercaturam in civitate exercerent, civitatenses ipsis rectè opponunt *exceptionem dignitatis & nobilitatis*, per text. *in l. 3. C. de commerc.* In dignitate siquidem constitutos & nobiles commercandi ad eum modum libertatem non adeò decere,, sed & bono civitatis publico maximè nocere communiter DD. perhibent.

bent. Tiraq. *de nobil. c. 27.* Nolden. *de Stat. Nob. c. 22. §. 2. Ziegler. de jur. Maj. l. 1. c. 41. §. 8.* Maurit. *d. Nobil. th. 10.* Fab. *in Cod. Sab. l. 9. t. 28. d. 18.* Mev. *p. 2. d. 2. num. 4.* Carpzov. *p. 2. c. 6. d. 4.* B. Dn. Lauterb. *in Colleg. theor. pract. tit. d. C. E. V. th. 13.* Magnif. Dn. Præs. *in Diss. de negot. Cler. prob. c. 2. per tot. & ibid. citt.* Uti verò legibus moribusque cujusque regni, provinciæ, ac civitatis statuendum est, quid deceat, quid dedeceat in iis, quæ sunt civilia, ita quoque quis modus observari debeat, Mev. *d. l. n. 4.* Possent & ratione *Contractûs mandati*, modique per procuratorem in judicio agendi, vel alterius adhuc generis varia exempla proferri; Sed properandum est.

XXI.

Ordo quidem nunc nos deduceret ad obligationes ex *delictis* descendentes, & ad eas, quæ occasione horum nasci possunt *dignitatis & nobilitatis Exceptiones*, sed prætermissis his, quia & ex sequentibus cum quibus affinitatem habent, maximam partem dijudicari possunt, pedem potiùs proferimus ad *Jura actionum*, ex quibus *cives*, quia antedicta jam eò referri poterunt, hîc iterum ex professo quidem pertractare supersedemus, magis intenti ad *persecutiones criminales*, ubi tamen insimul occurrent, quæ in actionibus civilibus ex delictis descendentibus applicari possunt ac debent, ut propterea sufficere videatur ex utroque genere alterutrum illud, saltem per nonnulla exempla ad hanc exceptionem pertinentia in pensiculationem quandam adducere: Et quidem primo in *exercenda jurisdictione criminali ipsa* exempla hinc inde occurrere possunt *Exceptionem dignitatis & nobilitatis eximiæ.* Nos verò in hac unica specie hodienum adhuc valde agitata hac vice erimus occupati: Scilicet *nobilis immediatus* in territorio alicujus Principis aut Statûs Imperii R. G. delictum aliquod committit, & cûm ibidem deprehendatur, carcere aut arresto detinetur, inquisitio in eum â domino territorii instituitur, & processus eò dirigitur, ut ibidem judicari & puniri debeat; Delinquens verò opponit *Exceptionem nobilitatis immediatæ*, vi cujus hoc obtinere contendit, se tanquam immediatum ab hac & omni alia jurisdictione singulariter esse exemptum, & à nemine, ne quidem in causis criminalibus judicari, ac puniri posse, nisi ab Imperatore ipso, qui hanc facultatem cognoscendi in tales immediatos sibi reservavit. Hanc ipsam exceptionem & præscriptionem fori opponens an audiri debeat? res est non adeò expedita, cùm pro & contra disputetur: An in tali casu dominorum istorum territorialium jurisdictio in nobiles immediatos fundata sit? Pro *negativa 8.* rationes congestæ leguntur ap. Knipschild. *de Jur. & priv. nobil. imm. l. 3. c. 23. num. 4.* ubi & Authores Casp. Lerch. Umm. & alios hanc negativam sustinentes laudat *num. 56. & num. 83.* quæ iisdem in terminis reperiuntur apud Eund. *in tract. de Jur. & priv. civ. imp. l. 2. c. 5. num. 79. seqq. junct. num. 112. & 113.* quam & iisdem rationibus convalidare satagit Ertel.

su

su *incestus*, de Anno 1659. in casu *homicidii*, & de Anno 1682. in casu *fratricidii*, ubi ipse Imperator cognitionem & jurisdictionem criminalem exercuit in immediatos nobiles ex circulo Suevico, superaddit, cum Rescripto Cæsareo ad Austriacam Cancellariam emisso hoc jus soli Cæsari asserente. Nec dubitare se dicit, quin & similia præjudicia & res judicatas in circulo aut districtu Franconico & Rhenano invenire liceat, qualia præjudicia pro norma & forma in ejusmodi controversiis decidendis observanda & legum instar habenda reputat. Et hæc sententia si prævaleret, supra adductam *exceptionem nobilitatis immediatæ* robore suo perstare sat validam. Contra verò pro *affirmativa* illud jus dominis territorialibus asserente plures itidem accumulat rationes, ex quibus hanc sententiam tanquam juri & praxi communi & quotidianæ quam dicit magis consentaneam ipse adstruit laud. Knipschild. *in tr. de jur. nob. l. 3. c. 23. num. 57. seqq. & de jur. civ. imp. d. l. 2. c. 5. num. 90. seqq.* Authores quoque C. J. A. Bidenbach, Besold. Wehn. pro hac militantes adducit *ibi num. 70. & hic num. 112.* & denique rationes dissentientium refutat *in illo tr. num 72. seqq. plur. & in hoc num. 104. seqq.* Et huic sententiæ si locus detur, constat frustrà *illam nobilitatis immediatæ exceptionem* objici. Quod nullum planè dubium patitur in casu, ubi immediatus status, vel nobilis officialis est illius, in cujus territorio deliquit, quippe in quem jurisdictio domino omninò competit. *l. Nulli. 3. C. Quor. app. non rec.* uti in terminis concludit Gylmann. *Symph. tom. 1. p. 1. 9. de Constitutione L. Diffamari fol. 530. num. 2.* Knipschild. *de jur. nob. d. c. 23. n. 85.* vel alio modo peculiare forum nactus est, cui se electô certô vitæ genere obnoxium facere debuit, veluti si nobilis immediatus in Universitate degat, Rectoris Univ. aut si miles Ducis jurisdictionem atque imperium nullo modo detrectare potest, quod per se patet, vid. Donell. *in Comment. jur. Civ. l. 17. c. 20. & ibid.* Hillig. *in enucl.* & in confesso quoque est: vid. Fränckis. Ritter-Ordn. *p. 1. t. 3. & 4.* Rationes utrinque allatas otiosè hic repetere nolumus, multò minùs in alterutrius partis præjudicium, lite adhucdum pendente, & in posterum quoque non aliter ac sub præsidio publicæ authoritatis, eo modo quo ejusmodi controversias membrorum Imperii aliàs determinare juris & moris est, finaliter decidenda præsumptuosè quid hìc statuere intendimus. Quando verò, quod quotidianum ferè JCtorum est officium, ad casus propositos pro justitia ad normam Jurium nostrorum rectiùs dispensanda judicium impertiri necessitas imperat, id diffiteri non licet, quod, uti nobiles immediati hactenus sunt in *quasi possessione contra ejusmodi jurisdictionales à Statibus Imperii adversus se exercendos actus protestandi, & in contrarium mandata Cæsarea in favorem sui suæque causæ exorandi*, ad quæ facilius decernenda Aula Cæsarea tantò propensior esse solet, quantò impensiorem curam ministri illi pro interesse Cæsareo etiam in hoc

jure, quo ſupremam illam Cæſaris & Imperii jurisdictionem in immediatos inſigniter ſtabiliri credunt, cum excluſione jurisdictionis territorialis alterius cujuscunque ſolitariè aſſerendo & cuſtodiendo; quod patet vel ex ſolo illo privilegio Imp. Leopoldi, de non eximendo pto. collectationis de Anno 1688. in verbis iſtis: als unſer vornemlich dabey verſirenden Kayſerl. præcipui und Intereſſe willen ꝛc. quod exhibet Dn. D. Burgmeiſt. *in Cod. diplom. pag. 312.* ſibi vel maximè incumbere autumant; unde non rara ſunt ejusmodi mandata Cæſarea pro nobilibus immediatis & olim jam faventiſſimè impetrata. vid. Ertel, *in d. obſ. 39.* Dn. Burgmeiſt. *in Cod. diſ. l. p. 687.* Lunig. im Reichs-*Archiv. p. 2. fol. 52. & 86. & p. 3. f. 67.* & hodiè quoque in caſibus contigentibus denuò emitti ſolita: ita & Status Imperii non immeritò quoque; ſe manu teneri ſatagunt in *quaſi poſſeſſione criminalem Jurisdictionem vi ſuperioritatis territorialis in omnes, qui in territorio delinquunt, & hoc ipſo huic foro ſe ſubjiciunt, in univerſum ſe extendentis, libere, etiam in immediatos nobiles exercendi.* Quam in rem infinita ferè exempla & res judicatæ hinc inde non tantùm ex his oris, ſed & ex variis aliis Imperii noſtri provinciis & territoriis in medium produci poſſunt, ubi domini territoriorum & cognitionem in immediatos nobiles itidem delinquentes & deprehenſos peregerunt, & condemnatoriâ ſententiâ dictatam pœnam, non attentâ proteſtatione aut contractione contarià executioni dederunt. Et non ita pridem, in ſpecie ex certis nonnullis actis præcedenti Anno ad inclytam Facultatem Jurid. hujus Eberhardinæ transmiſſis licuit innumera ferè ab Anno 1347. usque ad annum 1693. ex Archivo Herbipolenſi, & protocollis judiciorum, quæ in iis terris habentur centenorum, der Centgerichte, adducta varia ejusmodi exempla colligere, inter quæ duo etiam connumerabantur, ubi rei ad pœnam gladii condemnati fuere, quorum unus tamen ex jure aggratiandi à pœna illa ordinaria tandem iterum liberatus. Ex quibus ad invicem ita collatis facilè perſpicere datur, quanta vis hac in re in exemplis & præjudiciis collocanda ſit, cùm utraque pars hæc pro ſe allegare valeat, & ſi ex unius parte pro norma haberi debeant, idem quoque ex alterius parte ſtatuendum, aut non adeò multum iis fidendum ſit, cum præjudiciis præjudicia debellentur. Nec in hoc quoque multum præſidii pro diluendis argumentis, quibus Knipſchild. *dd. ll.* contra nobiles immediatos hoc in paſſu uſus, poneremus cum Dn. Ertelio. *in d. obſ. Equ. in fin.* quaſi leges privatæ & civiles hic pro cynoſura haberi nequeat, tum quia non allegantur eum in finem, ut ex illis directi hæc controverſia decidi debeat, quippe quæ in terminis terminantibus de nobilibus immediatis nihil determinant, aut determinare poſſunt, ſed ſaltem ex ratione & analogia illarum, ex communibus & hîc valituris principiis incedentium: tum quia & nobiles immediati his legibus æquè ac alii obnoxii ſunt,

& pro

& pro causis suis rectè decidendis uti debent, imò & sæpius ipsi ad has provocant, uti in omnibus aliis jurium articulis, ubi vel agunt, vel conveniuntur, demonstrantibus id tot præjudiciis summorum Imperii Tribunalium, & Observationibus quoque Equestribus, quas exhibet ipse Ertelius hoc in casu earum authoritatem in discrimen adducens, in aliis tamen admittens vid. *obs. 14. 40. & passim.* ita & in specie in hac materia, ubi clypeum sibi quærere solent *in l. 1. C. ubi Sen.* quæ quamvis pro hac lite determinanda, & Nobilium immediatorum exemptione ab aliis Jurisdictionibus probanda nihil facere videatur, quod facilè demonstrari posset, si opus esset, dum tamen in favorem hujus ipsius causæ eam non rarò, quod ex actis videre contigit, allegant, & ita authoritate juris Civilis ipsi nituntur, inde sponte sua sequitur, quod in se approbant, in aliis eos non posse improbare; tum quia quæ ex legibus nostris Civilibus Romanis hanc in rem deducuntur, etiam ex Jure Germanorum proprio ab Imperatore ipso unà cum Statibus Imperii promulgato & normam omnibus Imperii civibus præscribente fortissimè constabiliuntur, & quidem textu admodum specifico & fortissimo. *in R. I. Ratisb.* de Anno 1594 §. Ebener maßen 68. his verbis: wann eine eintzige Persohn NB. Sonderlich die mit Mittel dem Reich unterworffen auff freyer Landstrassen einen bößlich erschiessen, oder eine dergleichen Mißhandlung thät, soll er für den NB. ordentlichen Richter, da Er die That begangen, verklagt werden. Quem textum hanc in rem quoque maximè urgent Rutg. Ruland. *de Commiss. l. 2. c. 3. n. 6.* Arum. *disc. Jur. publ. vol. 1. disc. 13. qu. 7. pag. 253.* Just. Sinold. cogn. Schüz. *in Jur. publ. vol. 2. ex. 3. th. 12. lit. d.* Stamler. *d. reservat. imper. disc. 37. n. 3.* ex ratione, quod ibidem si non explicitè *implicitè* tamen idem de *immediatis* statuitur; siquidem vox Sonderlich, Latinis præprimis, haud obscurè significat, quod etiam alii, *licet immediatè Imperio subjecti*, ab ordinario Judice loci puniri valeant, id quo proprio & nativo istius particulæ significatu satis liquidum reddi dispalescit ex scriptis Strauchii *in lex. part. jur. vocab. Præsertim.* Besold. *in thes. pract. vocab.* Sonderlich. Et ad eum modum quoque judicavit Fac. Jurid. hujus loci ad March. Bad. Anno. 1714. d. 30. Mart. Denique quando pro decidenda hac causa in favorem nobilium immediatorum *ad Statum Imperii publicum modernum* magis respiciendum esse inculcant, vid. Dn. Ertel. *in d. obs. 39. in fin.* id quidem non incongruè urgent; Sed tamen & hîc non sine ratione obverti posset, rem ita non confici & in dubio perinde relinqui ac ante, cùm hoc sit in quæstione, quid Status publicus, quid Jura Statuum & jura nobilium immediatorum hoc in passu secum ferant: *his*, nobilibus sc. immediatis provocantibus ad *rationem immedietatis*, & jurisdictionis Cæsareæ universalis in omnes immediatos, cui territoriorum domini nil præjudicare possint; *illis* ve-

rò, Statibus sc. & dominis territorialibus itidem provocantibus ad Statum publicum modernum, & *imprimis superioritatis territorialis*, *universalis* quoque in omnes indistinctè in territorio deprehensos ejusque Jurisdictioni obnoxios, in ipsis Capitulationibus Cæsareis toties quoties ita confirmatæ & munitæ, ut Cæsarea Majestas in ejus exercitio præjudicare vel concurrendo, vel causas eò pertinentes ad se trahendo, nec velit nec possit, fide publicâ toties quoties solenniter interpositâ: vid. Capitul. novissimi moderni Imperatoris nostri Caroli VI. gloriosissimi *in art. 3.* ibi: Wir sollen und wollen NB. in alle Wege die Teutsche Nation, das Heyl. Römis. Reich und die Churfürsten, auch andere Fürsten, Graffen, Herrn und Stände bey Ihren Hoheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt bleiben lassen, NB. ohne Unsere und männigliches Eintrag und Verhinderung; uti quoque ita judicavit laud. Fac. Jur. *in proximè cit. Resp. d. Anno 1714.* adeò ut nec privilegia in contrarium concedi possint, aut si jam concessa sint, cassari aut annullari, imò pro cassatis & annullatis ipso jure haberi debeant *in d. Cap. art. 3.* ibi: auch Niemanden einig Privilegium dawieder ertheilen, und da einige dawieder ertheilet worden wären dieselbe gäntzlich cassiren, und annulliren, auch hiemit cassiret und annulliret haben ꝛc. Et prostant hanc in rem quæ scripsit D. L. B. de Lyncker, in responsis suis Anno 1710. eoque tempore, ubi Augustissimæ Aulæ Imperialis Consiliarius jam existebat, typis vulgatis, & quidem *in Resp. 47. n. 26. sqq.* ubi ita: da hingegen mit denen nobilibus immediatis in so weit es eine andere Beschaffenheit hat, daß nach Außweiß der Observanz solche so wohl ratione domicilii in cujusdam territorio constituti, und nicht weniger ratione contractûs oder delicti in denen foris aliorum, auch meliatorum, wohl belanget werden mögen ꝛc. & porrò: Eine andere Bewandtnuße hat es mit einem von Adel, welcher auch etwa in einigen Stadtgerichten delinquiret. Nam ille, quia subjici potest Magistratui oppidano, quando domicilium ibi figit, ideò etiam delinquendo potest subjici, quamvis dignitate major sit, weil die Dignität für sich keine Exemption machet. Hactenus ille. jung. *in Diss. de libert. Stat. Imp. sect. 2. §. 6. p. 49.* quibus ipsis ad observantiam, & insimul ad vim & effectum prorogationis hanc cognoscendi facultatem refert. Super quo ultimo quidem puncto, nempe an prorogatio immediatorum ad eum modum fieri queat? iterum valde disputari solet. Pro *negativa* pugnat Dn. ab Andler. *in Jurisp. publ. & priv. l. 2. t. 5. n. 3.* Rationes pro hac sententia facere videntur 1. quod in præjudicium Majestatis & Jurisdictionis Imperatoriæ talis prorogatio effectum habere nequeat. 2. Quod nec clerico id liceat in præjudicium Judicis sui Ecclesiastici *c. significasti 18. c. Si diligenti 12. x. d. for. comp.* 3. Quod præsumi nequeat immediatum alii immediato

mediato ita se subjectum velle, ut criminaliter cum eo procedere possit. Contrà pro *affirmativa*, quæ prorogationem hanc validam adstruit, militant hæ rationes: 1. quod nullibi nec Jure Civili, nec Canonico, nec Recessibus, aut aliis ordinationibus Imperii hæc prorogandi facultas nobilibus immediatis inhibita inveniatur, idque quotidie ita quoque sine ulla contradictione ab iis ipsis lubentissimè fieri exempla innumera doceant. Sic qui instrumenta obligationum, quibus se hodie in contrahendis debitis obstringunt, legerit, deprehendet, toties quoties se expressè prorogare Jurisdictionem in Principes & alios Status, & Judices aliàs non suos. Sic quoque huc referri merentur paulo abhinc adducta exempla, certi vitæ generis electi, quandò nobilis immediatus Principis alicujus minister & officialis fit, Studiosus, clericus, miles, ubi sine dubio in hoc foro suo peculiari debet judicari, condemnari atque puniri, quod in confesso est. 2. Quod exinde simul evincatur, à clericis quibus id expressè prohibitum, ad nobiles immediatos, quibus nullibi prohibitum, non rectè inferri, cùm & aliis juribus atque privilegiis utantur clerici, aliis nobiles immediati, Knipsch. *d. c.* 3. Quod tralatitii juris sit, prorogationem jurisdictionis locum obtinere non tantùm, quando *expresso* partium consensu fit in judicem aliàs incompetentem, *l. 1. l. 2. ff. d. jud. l. 1. C. eod. l. 18. ff. d. Jurisdict.* sed & quando fit *tacito* consensu, ex circumstantiis qui colligitur atque inducitur. *l. 4. C. d. jurisdict. omn. jud. l. 15. ff. eod. l. 2. pr. l. 33 ff. de Iudic. l. 11. §. 1. ff. de Jurisdict. l. 22. ff. d. jud. l. 14. & subject. Auth. C. d. sent. & interloc.* Cùm autem *Tacita* prorogatio duplex sit, *alia*, quæ constat consensu *præsumpto*, & ex circumstantiis collecto, veluti in litis contestatione coram incompetenti facta, omissâ fori exceptione declinatoriâ, ubi probatio in contrarium admittitur, *l. 2. pr. ff. d. jud. alia* quæ fundat se in consensu *ficto à lege inducto*, veluti in conventione instituta coram judice rei ad effectum reconventionis coram eodem judice ex capite connexitatis causarum continuandæ & finiendæ, *d. l. 14. & Auth. C. d. sent. & interl.* qui consensus fictus etiam operatur contra nolentem & protestantem, cùm protestatio facto sit contraria, & ita contra hanc fictionem aut præsumptionem legalem probatio in contrarium non admittatur, cùm jus hoc non tantum præsumat, sed & fingat, statuat atque disponat, hoc ita & non aliter servari debere, quæ propterea dicitur *præsumptio juris & de jure*, in quo quidem dissentire videtur Hahn. *ad Wes. tit. d. jurisd. ad verb. prorogata* scribens, omnem prorogationem esse voluntariam, nullam legalem: Sed contrarium patet ex modò traditis, & quæ solidè isti doctrinæ opposuit Struv. *in S. J. C. Ex. 4. th. 59. & ibid.* Müller. *in not. & addit.* Facilè exinde conjicere datur, illius addubitationis *sub. n. 3.* supra adductæ, quod immediatus præsumi nequeat alii immediato se ita subjecturum,

jecturum, ut cum eo criminaliter procedere valeat, robur perdurare non posse ad objectam in re ipsa & juris analogia fundatissimam illam distinctionem; delinquens enim, dum amator istius periculi existit & ipse se ipso suo facto huic sorti committit; vid. *l. 34. ff. d. jur. fisc. Nov. 7. c. 5. in pr.* atque in illo territorio delinquere mavult, meritò & ex ratione communis utilitatis atque securitatis leges eum obstringunt ad omnia ea, quæ ex hoc facto suo, quo alterius jurisdictionem violare transgressor legum omnium mavult, sequuntur. vid. Magnif. Dn. Præs. *in pos. contr. ad. l. 4. J. th. 1. lit. g. sqq.* Hæc sunt, quæ in utramque partem ita disputari possunt, quæ singula rectiùs trutinando facilè quis judicaverit, cujus opinionis momenta prævaleant. Hoc certum est, quod potior DD. pars pugnet pro jurisdictione Statuum & Dominorum territorialium in ejusmodi delinquentes immediatos nobiles, uti hactenus toties quoties, susque deque habitâ omni contradictione liberiùs exercitâ, ita & in jurium nostrorum tàm publicorum, quàm privatorum ratione & analogia probè fundata, quamvis quà facultatem & modum puniendi nonnulli distinguere velint, nonnulli verò eam sententiam indistinctè defensitent: uti videre est ex DD. à Knipschild. *in tr. d. jur. nob. c. 23. n. 57. sqq.* citatis, quibus addi possunt Myler. ab Ehrenbach. *d. Princip. & Stat. Imp. c. 37. num. 10.* B. Dn. Maurit. *d. Nobil.* §. *49.* Mulz. *in repræsent. Maj. Imp. p. 2. c. 26. n. 36.* B. Dn. D. Grav. *in assert. inaug. d. Austreg. ass. 11.* B. Dn. D. Bardili, *in diss. de judic. Imp. Aul. c. 5. sect. 10. th. 10.* ubi ita: hanc complurium distinctionem, quod si immediatus in suo delinquat, solus Cæsar per judicium Aulicum, si verò in alieno delinquat, Judex loci, in quo delictum commissum, judicandi jus habeat, *plausibiliter* defendi. Id quod dubium nullum habet in *illo* casu, si in suis territoriis deliquere; tum enim rectè pro Judice suo solum Cæsarem agnoscere dicuntur, qui vi Jurisdictionis Universalis in immediatos omnes & singulos summam eam potestatem exercet. Magnif. Dn. Præs. *in Disp. de nex. Ord. Eq. immed. erga Cæs. & Imp. th. 4. jung. th. 3. ibid.* & Authores in extensiori Editione *d. th. 3. citt.* ubi, quomodo à Judiciis subalternis aulicis & provincialibus in Suevia & Franconia per exemptionem sibi prospexerint. Manet ergò fixum & irrefragabile quòd cùm Status & Domini territoriorum ob delictum in hisce terris à nobilibus immediatis perpetratum, & hodie adhucdum quam maximè in sua quasi possessione jurisdictionis criminalis in eos delinquentes ibi deprehensos se manutenere magnis animis omnimodo sustineant, & imposterum vix ac ne vix quidem expectari possit, ut inde desistant, sua sponte sequatur, à delinquentibus illis contra capturam, inquisitionem, & animadversionem adversus se in ejusmodi causis criminalibus à dominis territoriorum institutam, frustra *Exceptionem Nobilitatis immediatæ* hic objici.

XXII.

XXII.

Secundò. In *Probatione* per modum subsidiarium torturæ. Quod si Judex criminalis nobilem *ad torturam* condemnet, rectè hic opponit *Exceptionem nobilitatis*, illiusque sive *sanguinis*, sive *virtutis*. Torqueri enim regulariter in imperio nostro non potest nobilis, *l. 4. ad L. Jul. Maj.* vid. Tiraqu. *de nobil. c. 20. num. 139.* ubi plures texxt. citat. Carpzov. *in prax. crim. qu. 118. num. 76.* Matth. Steph. *de nobil. civ. c. 6. num. 41. seqq.* B. Dn. Maurit. *de nobil. th. 44.* Knipschild. *de nobil. l. 2. c. 4. num. 103. seqq.* ubi limitationes & ampliationes adducunt, inter quas imprimis & hanc, nisi *Princeps consenserit. d. l. 4.* aut crimina sint enormia Steph. *d. l.* Knipsch. *d. l.* Nec torqueri possunt *alii in dignitate* constituti, veluti Doctores, Licentiati, consiliarii, aliive clarissimi *l. 6. C. d. prof. & Med. l. 10. C. de dign. junct. l. 4. §. 1. C. de adv. div. judic.* Carpz. *d. l. num. 80. seqq.* Halbritt. *in Orat. de priv. Doctor. p. 14. seqq.* ubi plura huc pertinentia, quæ ibi videri possunt. Et hi uti torqueri regulariter non possunt, ita nec de regula terreri debent Farinac. *in pract. criminal. qu 41. num. 19. seqq.* Halbritt. *d. l. p. 16. seqq.* Et quando aliter judicare Judex intendit, audiendus est reus allegando *Exceptionem Nobilitatis & dignitatis.*

XXIII.

Tert. In ipsa *animadversione & punitione* ex Nobilitate aut dignitate pœnarum temperamentum, induci & nobiles aliosque in dignitate honoratiori constitutos regulariter mitiùs ac ignobiles atque plebejos puniendos esse Dd. comm. asserunt *l. 6. ff. ad L. Jul. pec. l. 4. l. 12. ff. de incend. ruin. naufr. l. 6. ff. de extraord. crimin. c. fin. x. de pœn. c. 24. qu. 1.* Tiraquell. *d. c. 20. num. 108. seqq.* cum adcitatis. B. Dn. Maurit. *de nobil. th. 41.* ubi explicat hanc regulam, & distinguit inter pœnas in *abstracto* & *in concreto* spectatas. Et istam regulam saltem obtinere in *pœnis arbitrariis*, quæ Judicis arbitrio ita relictæ, ut ipse de illis pro loci, temporis, personarum ratione æstimet & statuat, non verò in *pœnis uniformibus*, à lege taxatis, s. indiscriminatim & uniformiter impositis, ubi arbitrio Judicis nil permissum, sed justitia æqualiter administrari, & omnibus, ut hactenus æqualibus, aptari debet, rectè statuitur. Tiraqu. *d. l. n. 131.* Carpz. *pr. crim. qu. 38. num. 25. & qu. 82. num. 61.* inclytum Fac. Jur. Collegium in hac Alma in Responso de Anno 1701. ap. B. Dn. D. Harpprecht. *in Resp. Jur. crim. & civ. Resp. 35. num. 12. seqq.* ubi quoque in specie in crimine *incendii* ex Ord. Car. *art. 125. num. 14. seqq.* blasphemiæ, *num. 16.* adulterii, latrocinii, veneficii, aliisque similibus *n. 17. seqq.* in specie quoque homicidii *num. 20. seqq.* nobiles pariter atque ignobiles uno eodemque puniri supplicio multis confirmat: quò nos remittimus. Denique & in

generi-

generibus pœnarum aliquando differentiam quandam inter honoratiores, & tam dignitate quàm sanguine nobiles in ordine ad vilioris sortis homines observari, e. gr. illos pœnâ laquei non ita, ad minimum rariùs, affici ac hos. post alios Maurit. *d. l. th. 42.* jung. Philippi *in Us. pract. Instit. l. 1. t. 1. ecl. 1. per tot.* Carpzov. *qu. 82. n. 61.* Müller. *ad Struv. Ex. 1. th. 18. in fin.* laud. Fac. Jur. *d. Resp. 35. num. 19.* Nec fustigatione puniri ex aliis. adducit B. Dn. Maurit. *d. l. th. 43.* Halbritt. *in Orat. de priv. doct. p. 21. & 22.* In his ergò proficit aliquando *Exceptio dignitatis & nobilitatis sive virtute, s. genere talis*, prout res incidit in has vel illas hactenus memoratas circumstantias. Sed de quibus latius agendi tempus deficit.

XXIV.

Hæc exempli loco in hac materia, quæ latissimè patet, & per omnia ferè jurium nostrorum puncta s. momenta, quoties Doctores aliique graduati, aut in honore constituti, vel nobiles utriusque sortis singulari jure utuntur, de quibus videri merentur Tiraquell. Steph. Maurit. Halbritter. *dd. ll. per tot.* ferè, aliique passim, se ostendit, adduxisse sufficiat. Reliqua ulteriori indagationi aliorum lubentissimè relinquimus.

S. D. G.

VII.

DISSERTATIO
DE
JURE EXEQUENDI IN IMP.
IN SPECIE
DE EXECUTIONE AB UNO der Crayß-ausschreibenden Fürsten ALTERO IMPEDITO VEL NOLENTE SUSCEPTA.

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO,

JCto, Consiliario Ducali Würtembergico, & in Academia Tubingensi Professore Juris Publico Ordinario,

PRO LICENTIA

Defensa ab AUTORE

JO. JACOBO MOSER, Stuttgardiano.

TUBINGÆ, 1720.